

AB

57128



A. Majoris J. Georgii  
pflückerium

2. ——— Cantica,  
1574.

SB  
W



Fehlblatt folgt!

[Psalterium Davidis;  
1521?]

Universitäts-  
und Landesbibliothek  
401 Halle (Saale) I  
August-Brauerei Straße 13

AB: 57 128

Cantica

EX SACRIS LI-

TERIS, IN ECCLESIA

cantari solita, cum Hymnis & Colle-

ctis, seu orationibus Ecclesiasticis, in u-

sum Pastorum, Diaconorum, &

iuuentutis Scholasticæ, iam

postremum

*Recognita & aucta*

PER

D. Georg. Maiorem,

ANNO 1574

Colofs. 3.

*Docete & commonete vos inuicem can-*  
*tionibus & laudibus, & cantilenis spiri-*  
*tualibus, cum gratia canentes in corde*  
*uestro Domino.*



CANTICUM  
CVM MOSE,

EXO. V.

Tunc recinit Moses & filij Isra-  
el carmen hoc Domino,  
& dixerunt :

CANTEMUS DOMINO, glorio-  
se enim magnificatus est,  
equum & ascensorem deiecit  
in mare.

Fortitudo mea & laus mea DO-  
MINVS, & factus est mihi in  
salutem.

Iste DEVS meus & glorificabo e-  
um, DEVS patris mei & exalta-  
bo eum.

DOMINVS quasi vir pugnator,  
omnipotens nomen eius, cur-  
rus Pharaonis & exercitum e-  
ius proiecit in mare.

Electi Principes eius submersi  
sunt

2 2

sunt

## Cantica.

sunt in mari rubro, abyssi ope  
ruerunt eos, descenderunt in  
profundum quasi lapis.

Dextera tua **DOMINE** magnifica  
ta est in fortitudine, dextera tua  
**DOMINE** percussit inimicum,  
& in multitudine gloriæ tuæ  
deposuisti aduersarios tuos.

Misisti iram tuam, quæ deuorauit  
eos sicut stipulam, & in spiritu  
furoris tui congregatæ sunt a  
quæ.

Stetit vnda fluens, congregatæ  
sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, persequar & com  
prehendam, diuidam spolia,  
implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum, in  
terficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus et operuit eos  
mare, submersi sunt, quasi  
plumbum in aquis vehemena  
tibus.

Quis



Cantica.

3

Quis similis tui in fortibus **D O M I N E**? quis similis tui magnificus in sanctitate? terribilis atq; laudabilis faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua, populo quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi et irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistinim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor in magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus **D O M I N E**, donec pertranseat

a 3 popu

## Cantica.

populus iste quem possedisti.  
Introduces eos & plantabis in  
monte hæreditatis tuæ firmis-  
simo habitaculo tuo, quo ope-  
ratus es **D O M I N E**.

Sanctuarium tuum **D O M I N E**,  
quod firmauerunt manus tuę.  
**D O M I N U S** regnabit in æternum  
& ultra, Ingressus est enim e-  
ques Pharao cum curribus &  
equitibus eius in mare, & re-  
duxit super eos **D O M I N U S** a-  
quas maris.

Filij autem Israel ambulauerunt  
per siccum in medio eius.

## Canticum Mose, Deut.

32. Locutus est Moses, audiente vniuer-  
so cœtu Israel, verba carminis hu-  
ius, & ad finem vsq; com-  
pleuit.

**A** Udite cœli quæ loquor, au-  
diat terra verba oris mei.  
Concreseat vt pluuia doctrina  
mea

Cantica.

4

mea, fluat vt ros eloquiū meum.  
Quasi imber super herbam, &  
quasi stillæ super gramina.  
Quia nomen DOMINI inuoca-  
bo, Date magnificentiam DEO  
nostro.

Dei perfecta sunt opera, & omnes  
viæ eius iudicia.

DEVS fidelis & absq; vlla iniqui-  
tate, Iustus & Rectus.

Peccauerunt ei, non filij eius in  
sordibus, Generatio praua atq;  
que peruersa.

Hæccine reddis DOMINO popu-  
le stulte & insipiens? Nunquid  
non ipse est pater tuus, qui  
possedit te, & fecit & creauit  
te?

Memento dierum antiquorum,  
Cogita Generationes singulas  
Interroga patrem tuum, & an-  
nunciabit tibi, maiores tuos &  
dicent tibi,

a 4

Quans

## Cantica.

Quando diuidebat Altissimus  
gentes, quando separabat filios  
os Adam, Constituit terminos  
populorum, iuxta numerum  
filiorum Israel.

Pars autem **DOMINI** populus eius,  
Iacob funiculus hæreditatis  
eius.

Inuenit eum in terra deserta, in loco  
horroris & vastæ solitudinis.

Circunduxit eum & docuit, &  
custodiuit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad volandum  
pullos suos, & super eos volitans.  
Expandit alas suas & assumpsit eum,  
atq; portauit in humeris suis.

**DOMINVS** solus dux eius fuit,  
& non erat cum eo **DEVS** alienus.

Constituit eum super excelsam  
terram

Cantica. 5

ram, vt comederet fructus agrorum, & sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.

Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan. Et hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.

Incrassatus est dilectus & recalci-  
trauit incrassatus, inpinguatus,  
dilatatus, Dereliquit **D E V M** factorem suum, & recessit à **DEO** salutari suo.

Prouocauerunt eum in **Dijs** alienis & in abominationibus ad iracundam concitauerunt.

Immolauerunt **Dæmonijs** & non **DEO**, **Dijs** quos ignorabant, Noui recenteq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

**D E V M** qui te genuit dereliquisti, & oblitus es **DOMINI** creatoris tui. a 5 Vidit

## Cantica.

Vidit **DOMINVS** & ad iracundi-  
am concitatus est, quia prouo-  
cauerunt eum filij sui & filiae.  
Et ait, abscondam faciem meam  
ab eis, & considerabo nouissi-  
ma eorum. Generatio enim  
peruersa est, & infideles filij.  
Ipsi me prouocarunt in eo, qui  
non erat **DEVS**, & irritauerunt  
in vanitatibus suis, Et ego pro-  
uocabo eos in eo qui non est  
populus, & in gente stulta ir-  
ritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo,  
& ardebit vsq; ad inferni no-  
uissima, Deuorabitq; terram  
cum germine suo, montium  
fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala, &  
sagittas meas complebo in eis.

Consumentur fame, & deuora-  
bunt eos aues morfu amaris-  
simo, Dentes bestiarum im-  
mittam

Cantica.

6

mittā in eos cum furore trahentium super terrā atq; serpentiū. Foris vastabit eos gladius & intus pavor, iuuenem simul ac virginem lactantem cum homine sene.

Et dixi, Vbi nam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & non DOMINVS fecit hæc omnia.

Gens absq; consilio est & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia. Nonne ideo, quia DEVS suus vendidit eos, & DOMINVS conclusit illos? Non

a 6

enim

## Cantica,

enim est **DEVS** noster, vt **Dij**  
eorum, & inimici nostri sunt  
iudices.

De vinea Sodomorum vinea eor-  
um, et de suburbanis Gomora-  
ræ. Vua eorum vua fellis, &  
Botrus amarissimus.

Fel Draconum vinum eorum,  
venenum aspidum insanabile.

Nonne hæc cōdita sunt apud me,  
& signata in thesauris meis.

Mea est vltio, & ego retribuam e-  
is in tempore, vt labatur pes e-  
orum, iuxta est dies perditio-  
nis, et adesse festinant tempora.

Iudicabit **DOMINVS** populum  
suum, & in seruis suis misere-  
bitur. Videbit quòd infirma-  
ta sit manus, & clausi quoq;  
defecerunt, residuiq; consum-  
pti sunt.

Et dicet, vbi sunt **Dij** eorum, in  
quibus habebant fiduciam?

De



Cantica.

7

De quorum victimis comedebāt  
adipes, & bibebant vinum li-  
baminum, Surgant & opitu-  
lentur vobis, & in necessitate  
vos protegant.

Videte quòd ego sim solus, &  
non sit alius DEVS p̄t̄er me,  
Ego occidam & ego viuere  
faciam, percutiam, & ego sa-  
nabo, & non est qui te manu  
mea possit eruere.

Leuabo ad cœlum manū meam,  
& dicam viuo ego in æternum.  
Si acuero vt fulgur gladium me-  
um, & arripuerit iudicium  
manus mea, Reddam vltio-  
nem hostibus meis, & his qui  
oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine,  
& gladius meus deuorabit car-  
nes. De cruore occisorum, &  
de captiuitate nudati inimico-  
rum capitis.

a 7

Lau-

## Cantica.

Laudate gentes populum eius,  
quia sanguinem seruatorum  
suorum vlciscetur.

Et vindictam retribuet in hostes  
eorum, & propicius erit terræ  
populi sui.

### Canticum Hannæ,

1. Regum 2. Et orauit Han-  
na & ait:

**E**Xultauit cor meum in DO-  
MINO, & exaltatum est  
cornu meum in DOMINO.  
Dilatatum est os meum super  
inimicos meos, quia letata sum  
in salutari tuo.

Non est sanctus vt est DOMINVS  
neq; enim est alius extra te, &  
non est fortis sicut DEVS NO-  
ster.

Nolite multiplicare loqui subli-  
mia gloriantes. Recedant vetera  
de ore vestro, quia DEVS  
scientiarum Dominus est, &  
ipsi

Cantica, 8

ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt in robore. Saturati prius, pro panibus selocauerunt, et famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios infirmata est.

DOMINVS mortificat et viuificat, deducit ad Inferos et reducit.

DOMINVS pauperem facit et ditat, humiliat et subleuat.

Suscitat de puluere egenum, et de stercore erigit pauperem.

Ut sedeat cum Principibus, et solium gloriæ teneat, DOMINI enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum tuorum serua-  
bit, et Impij in tenebris contice-  
scent,

## Cantica.

cescent, quia non in fortitudi-  
ne sua roborabitur vir.

**D**OMINVM formidabunt ad-  
uersarij eius, & super ipsos in  
cœlis tonabit **D**OMINVS iu-  
dicabit fines terræ & dabit im-  
perium Regi suo, & sublima-  
bit cornu Christi sui.

## Canticum Esaiaë, Esaiaë

12. Et dices in die illa.

**C**onfitebor tibi **D**OMINE  
quoniam iratus es mihi,  
conuersus est furor tuus, &  
consolatus es me.

Ecce **D**EVVS Saluator meus, fidu-  
cialiter agam & non timebo.

Quia fortitudo mea & laus mea  
**D**ominus **D**EVVS, & factus est  
mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fon-  
tibus Saluatoris, & dicetis in  
illa die: Confitemini **D**OMI-  
NO

Cantica. 9

NO & inuocate nomen eius.  
Notas facite in populis adin-  
uentiones eius, memento  
quoniam excelsum est nomen  
eius.

Cantate DOMINO quoniam ma-  
gnifice fecit, annunciate hoc in  
vniuersa terra.

Exulta & lauda habitatio Sion,  
quia magnus in medio tui  
sanctus Israel.

Canticum Ezechiaë, Esai.

38. Scriptura Ezechiaë Regis Iuda,  
postq̄; agrotasset & conualuis-  
set de infirmitate sua.

**E**GO dixi in dimidio dierum  
meorum, vadam ad por-  
tas Inferi, Quæsiui residuum  
annorum meorum.

Dixi, non videbo Dominum De-  
um in terra viventium, Non  
aspiciam hominem vltra, &  
habitatores quietis.

Gene

## Cantica.

Generatio mea ablata est, et conuoluta est à me, quasi tabernacula pastorum. Præcisa est uelut à texente uita mea, dum adhuc ordiner, succidit me, de mane usq; ad uesperam finies me.

Sperabam usq; ad mane, quasi Leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane usq; ad uesperam finies me.

Sicut pullus Hyrundinis, sic clamabo, meditabor ut Columba. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum, **DOMINE** uim patior, sponde pro me.

Quid dicam aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.

**DOMINE** sic sic uiuitur, et in talibus

Cantica. 10

bus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam ut non periret, projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non Infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie, Pater filius notam faciet veritatem tuam.

DOMINE saluum me fac, et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo DOMINI.

Canticum Abacuk. Abacuk.

3. Oratio Abacuk Prophetæ pro ignorantibus.

Domis

Cantica,

**D**OMINE audiui auditionem  
tuam, & timui DOMINE  
opus tuum, in medio annorum  
viuifica illud. In medio annorū  
notum facies, cum iratus fueris  
misericordiæ recordaberis.

**D**EVS ab Austro veniet, & sanc-  
ctus de monte Pharan, Operu-  
it cœlos gloria eius, & laudis  
eius plena est terra.

**S**plendor eius vt lux erit, cornua  
in manibus eius. Ibi abscon-  
dita est fortitudo eius.

**A**nte faciem eius ibit mors, Et e-  
grediatur Diabolus ante pedes  
eius.

**S**tetit & mensus est terram, A spe-  
xit & dissoluit gentes, & con-  
triti sunt montes seculi. Incur-  
uati sunt colles mundi, ab ita-  
neribus æternitatis eius.

**P**ro iniquitate vidi tentoria Ae-  
thiopiæ, turbabuntur pelles  
terræ Madian. Nun



Cantica.

II

Nunquid in fluminibus iratus es  
DOMINE, aut in fluminibus  
furor tuus? Quia ascendisti  
super equos tuos. & quadrigæ  
tuæ saluatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum,  
iuramenta tribubus quæ locu-  
tus es.

Fluuios scindes terræ, viderunt te  
& doluerunt montes, gurges  
aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam, alti-  
tudo manus suas leuauit.

Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum  
tuarum ibunt, in splendore  
fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram, &  
in furore obstupescies gentes.  
Egressus es in salutem populi tui,  
in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo Impii,  
denudasti fundamenta eius  
vsq; ad collum. Ma

C Cantica.

Maledixisti sceptris eius, capiti  
bellatorum eius, venientibus  
vt turbo ad dispergendū me.

Exultatio eorū, sicut eius qui de-  
uorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari Equis tuis, in  
luto aquarum multarum.

Audiui et conturbatus est venter  
meus, à voce contremuerunt  
labia mea.

Ingressa est putredo ossibus meis,  
expaui, quod deberem expe-  
ctare diem tribulationis, et a-  
scendere ad populum, qui con-  
tra nos bellaturus est.

Ficus enim non florebit, et non erit  
germen in vineis, Mentietur  
opus oliuæ, et arua non as-  
ferent cibum. Abscindetur de  
ouili pecus, et non erit armen-  
tum in præsepibus.

Ego autem in DOMINO gaudes-  
bo, et exultabo in DEO IESU  
meo. Deus

Cantica, 12

DEVS Dominus fortitudo mea,  
et ponet pedes meos quasi Cer-  
uorum.

Et super excelsa mea deducet me  
victor, in psalmis canentem.

ALIA CANTICA

ex nouo Testamento.

Canticum Mariæ virgi-

nis, Lucæ primo. Et ait

MARIA,

**M**agnificat anima mea Do-  
minum. Ex exultauit spi-  
ritus meus, in DEO salutari  
meo.

Quia respexit humilitatem ancil-  
læ suæ, ecce enim ex hoc bea-  
tam me dicent omnes genera-  
tiones.

Quia fecit mihi magna qui po-  
tens est, et sanctū nomen eius.

Et misericordia eius à progenie  
in progenies, timentibus eum.

Fecit

## Cantica.

Fecit potentiam in brachio suo,  
disperfit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

## Canticum Zachariae, Lucae 1.

Et Zacharias pater Iohannis repletus est Spiritu Sancto, & prophetauit dicens:

**B**enedictus Dominus **DEVS** Israel, quia visitauit & fecit redem-

Cantica.

13

redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis, in  
domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum,  
qui à seculo sunt Pro-  
phetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de  
manu omnium qui oderunt  
nos.

Ad faciendam misericordiam  
cum patribus nostris, & me-  
morari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad A-  
braham patrem nostrum, da-  
turum se nobis.

Vt sine timore de manu inimico-  
rum nostrorum liberati, serui-  
amus illi.

In sanctitate & iusticia coram i-  
pso omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi  
vocaberis, præibis enim ante  
faciem DOMINI parare vias  
eius.

b

Ad

## Cantica.

Ad dandam scientiam salutis ple-  
bi eius, in remissionem pecca-  
torum eorum.

Per viscera misericordiae DEI no-  
stri, in quibus visitavit nos or-  
riens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris &  
in umbra mortis sedent, ad  
dirigendos pedes nostros in  
viam pacis.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
Sancto.

Sicut erat in principio & nunc &  
semper, & in secula seculorum  
Amen.

## Canticum Simeonis, Lu-

*ca 2. Simeon accepit puerum Iesum  
in sinu suo, & benedixit*

*DEVM, & dixit:*

**N**unc dimittis seruum tuum  
DOMINE, secundum ver-  
bum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare  
meum. Quod

Cantica. 14

Quod parasti ante faciem omni-  
um populorum.

Lumen ad reuelationem gentiū,  
& gloriam plebis tuæ Israel.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
sancto.

Sicut erat in principio & nunc &  
semper, & in secula seculorum  
Amen.

Canticum Sanctorum,

Ambrosij & Augustini.

**T**E D E U M laudamus, te Do-  
minum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra  
veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi Cœli &  
vniuersæ potestates.

Tibi Cherubin & Seraphim in-  
cessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus D O M I N  
U S Deus Sebaoth.

Pleni sunt cœli & terra maiestatis  
gloriæ tuæ.      b 2      Te

## Cantica.

Te gloriosus Apostolorū chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ Maiestatis.

Venerandum tuum verum & vnicum Filium.

Sanctum quoque paracletum spiritum.

Tu Rex gloriæ CHRISTE.

Tu Patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis uterum.

Tu de victo mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cœlorū.

Tu ad dexteram DEI sedes, in gloria Patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus famulis tuis  
sub



Cantica, 15

subueni, QVOS PRECIOSO  
SANGVINE REDEMISTI.

Aeterna fac cum sanctis tuis glo-  
ria munerari.

Saluum fac populum tuum  
Domine, & benedic hæredita-  
ti tuæ.

Et rege eos, & extolle illos vsq; in  
æternum.

Per singulos dies benedicimus te.  
Et laudamus nomen tuum in se-  
culum, & in seculum seculi.

Dignare DOMINE die isto, sine  
peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine, miserere  
nostri.

Fiat misericordia tua Domine su-  
per nos, quemadmodum spe-  
rauimus in te.

In te DOMINE speraui, non con-  
fundar in æternum.

Symbolum Athanasij

Episcopi.

b s

Qui.

## Cantica.

**Q**uicumq; vult saluus esse,  
ante omnia opus est vt te-  
neat Catholicam fidem.

Quam nisi quisq; integram, inuis-  
iolatamq; seruauerit, absq; du-  
bio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt  
vnum deum in Trinitate, &  
trinitatem in vnitatem veneremur.

Nec confundentes personas, ne-  
que substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia  
Filij, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filij & Spiritus sancti  
vna est diuinitas, æqualis  
gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spi-  
ritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius,  
increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filia-  
us, immensus Spiritus sanctus.

Acters

Cantica. 16

Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres aeterni, sed vnus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

Ita DEVS Pater, DEVS Filius, DEVS Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dñj, sed vnus est DEVS.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus.

Quia sicut singulatim vnam quamq; personam Deum aut

b

Do

## Cantica,

Dominum confiteri, Christiana veritate compellimur.

Ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres vnus Filius, non tres Filij, vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus.

Sed totæ tres personæ, coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita vt per omnia, sicut iam supra dictum est, & trinitas in vnitatē, &

Cantica. 17

te, & vnitas in trinitate vene-  
randa sit.

Qui vult ergo saluus esse, ita de  
trinitate sentiat.

**S**ed necessarium est ad æternam  
salutem, vt incarnationem  
quoq; Domini nostri **IHSV**  
**CHRISTI** fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus  
& confiteamur, quod Domi-  
nus noster **IHSVS CHRIS-**  
**TVS** Dei filius, **DEVS** & **HO-**  
**MO** est.

**DEVS** est ex substantia Patris an-  
te secula genitus, & Homo ex  
substantia matris in seculo na-  
tus.

Perfectus **DEVS**, perfectus Ho-  
mo, ex anima rationali & hu-  
mana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum diuini-  
tatem, minor Patre secundum  
humanitatem.

b s Qui

## Cantica.

Qui licet **DEVS** sit & **Homo**, non  
duo tamen sed vnus est **CHRIS-**  
**TVS.**

Vnus autem non conuersione di-  
uinitatis in carnem, sed assum-  
ptione humanitatis in **DEVM.**

Vnus omninò non confusione  
substantiæ, sed vnitae perso-  
næ.

Nam sicut anima rationalis & ca-  
ro vnus est **Homo**, ita **DEVS** et  
**Homo** vnus est **CHRISTVS.**

Qui passus es pro salute nostra,  
descendit ad Inferos, tertia die  
resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexte-  
ram Dei Patris omnipotentis.

Inde venturus est iudicare viuos  
& mortuos.

Ad cuius aduentum omnes ho-  
mines resurgere habent cum  
corporibus suis.

Et redditori sunt de factis pro-  
prijs rationem.

Et

Cantica, 18

Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.

æc est fides Catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

Symbolum Nicenum.

**C**redo in vnum DEVM Patrem Omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in vnum Dominum IESVM CHRISTVM Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula.

DAVM de Deo, Lumen de Lumine, DEVM verum de DEO vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines & propter

b 6 pter

## Cantica,

pter nostram salutem descen-  
dit de cœlis.

Et incarnatus est de Spiritu san-  
cto, ex Maria virgine, ET HO-  
MO FACTVS EST.

Crucifixus etiam pro nobis sub  
Pontio Pilato, passus & sepul-  
tus est.

Et resurrexit tertia die secundum  
scripturas, & ascendit in cœ-  
lum, sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cū gloria  
iudicare viuos & mortuos, cui-  
us regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum Domi-  
num & viuificantem, qui cum  
Patre & filio simul adoratur  
& conglorificatur, qui locutus  
est per Prophetas.

Et vnam, Sanctam, Catholicam,  
& Apostolicam Ecclesiam.

Confiteor vnum Baptisma, in re-  
missionem peccatorum.

Et



Cantica. 19

Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi, Amen.

Psalmus inuitans nos ad

*laudandum DEVM, ne contempto eius verbo pereamus nostra infidelitate, & olim Iudaei in deserto, secundum aliam translationem quam solitus est cantari in Ecclesijs.*

**V**enite exultemus Domino, iubilemus DEO salutari nostro, praecipiemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.

Quoniam DEVS magnus DOMINVS & Rex magnus super omnes Deos, quoniam non repellet Dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt

b 7 runt

## Cantica,

runt manus eius, venite adorea-  
mus & procidamus ante DE-  
VM, ploremus coram Domi-  
no qui fecit nos, quia ipse est  
DOMINVS Deus noster, nos  
autem populus eius & oves  
pascuæ eius.

Hodie si vocem eius audieritis,  
nolite obturare corda vestra,  
sicut in exacerbatione secun-  
dum diem tentationis in de-  
serto, vbi tentauerunt me pa-  
tres vestri, probauerunt & vi-  
derunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui  
generationi huic, & dixi sem-  
per, hi errant corde, ipsi vero  
non cognouerunt vias meas,  
quibus iuravi in ira mea, si in-  
troibunt in requiem meam.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
sancto,

Sicut erat in principio & nunc &  
sem-

Hymni. 20

semper, & in secula seculorum  
Amen.

In Aduentu Domini Hy-

*mnus, Carmen Iambicum dimo-*  
*trum, Autor eius S. Am-*  
*brosius.*

**V**eni Redemptor gentium,  
Ostende partum virginis,  
Miretur omne seculum,  
Talis decet partus **DEVM**,  
Non ex virili semine,  
Sed mystico spiramine,  
Verbum **DEI** factum est caro,  
Fructusq; ventris floruit.  
Aluus tumescit virginis,  
Claustrum pudoris permanet,  
Vexilla virtutum micant,  
Versatur in templo **DEVS**,  
Procedit de thalamo suo,  
Pudoris aula regia,  
Geminæ Gigas substantiæ,  
Alacris vt currat viam.

Egredo

Plurimi ex  
sequentibus  
Hymnis resti-  
tuti sunt suis  
numeris a Re-  
uerendo viro  
piæ memoriæ  
Doctore Paul-  
lo Ebero.

## Hymni:

Egressus eius à patre,  
Regressus eius ad Patrem,  
Excursus vsq; ad Inferos,  
Recurfus ad sedem Dei.

Aequalis æterno Patri,  
Carnis trophæo accingere,  
Infirma nostri corporis,  
Virtute firmans perpeti.

Præsepe iam fulget tuum,  
Lumenq; nox spirat nouum,  
Quod nulla nox interpolet,  
Fide quæ iugi luceat.

DEO Patri sit gloria,  
Eiusq; soli Filio,  
Cum Spiritu Paracleta,  
Et nunc & in perpetuum.

A M E N.

Alius Hymnus ad no-  
*urnum, Carminis Iambicum de-*  
*metrum archilochicum.*

**V**erbum supernū prodiens,  
A Patre olim exiens,  
Qui

## Hymni.

21

Qui natus orbi subuenis,  
Cursu decliui temporis.

Illumina nunc pectora,  
Tuoq; amore concrema,  
Audito vt præconio,  
Sint pulsa tandem lubrica.

Iudexq; cum post aderis,  
Rimari facta pectoris  
Reddens vicem pro abditis,  
Iustisq; regnum pro bonis.

Non demum arctemur malis  
Pro qualitate criminis,  
Sed cum beatis compotes,  
Simus perennes cœlites.

## Ad laudes iambicum

dimetrum.

**V**Ox ecce clara intonat  
Obscura quæq; increpat  
Pellatur eminus sopor,  
Ab æthere Christus promicat.  
Mens iam resurgat torpida,  
Quæ sorde languet faucia,  
Sidus

## Hymni.

Sidus refulget iam nouum,  
Ut tollat omne noxium.

Agnus supernè mittitur,  
Laxare gratis debitum,  
Petamus ergo supplices  
Remissionem criminis.

Ut cum secundò fulserit,  
Mundumq; terror cinxerit,  
Non pro reatu puniat,  
Sed nos benignè protegat.

Ad vesp̄as Hymnus

*Carmen Iambicum archilochicum,  
Ambrosius autor.*

**C**reator aine syderum,  
Aeterna lux credentium,  
I E S V redemptor omnium,  
Exaudi vota supplicum.

Qui condolens interitu  
Mortis perire seculum,  
Saluare mundum natus es  
Ferens reis solatium.

Vergente mundi vespere,  
Ceu sponsus ex cubiculo

Egressus

## Hymni

22

Egressus es castissima  
De matris almæ claufula.

Cuius forti potentia  
Genu curuatur omnium  
Cœlestium, terrestrium,  
Quæ se fatentur subdita.

Occasum Sol custodiens,  
Et Luna pallorem tenens,  
Candorq; in astris fulgidus,  
Certos obseruant limites.

Te deprecamur hagię,  
Venture Iudex seculi,  
Tuere nos hoc tempore  
Ab hostis ictu perfidi.

Virtus, honor, laus, gloria,  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul paracleto,  
In sempiterna secula.

In Natiuitate Domini,

Hymnus, Carmen Iambicum archilochicum,  
Estq; initium carminis Cœlij Sedu ij, cui titu-  
lus est, Acrostichis, in quo iuxta seriem  
literarum Alphabeti tota vita Chri-  
sti describitur.

A Solis

Hymni.

**A** Solis ortus cardine,  
Ad vsq; terræ limitem  
Christum canamus principē,  
Natum Maria virgine,  
Beatus autor seculi  
Seruile corpus induit,  
Vi carne carnem liberans,  
Ne perderet quos condidit.  
Clausæ parentis viscera,  
Cœlestis intrat gratia,  
Venter puellæ baiulat,  
Secreta quæ non nouerat.  
Domus pudici pectoris  
Templum repente fit d. ni,  
Intacta nesciens virum,  
Verbo concepit filium.  
Enixa est puerpera,  
Quem Gabriel prædixerat,  
Quem matris aluo gestiens,  
Clausus Iohannes senserat.  
Fœno iacere pertulit,  
Præsepe non abhorruit,  
Paruoq; lacte pastus est,

Per



## Hymni.

23

Per quem nec ales esurit,  
Gaudet chorus coelestium,  
Et Angeli canunt DEO,  
Palamq; fit Pastoribus,  
Pastor Creator omnium.

Summo Parenti gloria,  
Natoq; laus quam maxima,  
Cum sancto sit Spiramine,  
Nunc & per omne seculum.

## Alius Fortunati.

**A**gnoscat omne seculum,  
Venisse vitæ præmium,  
Post hostis asperi iugum,  
Apparuit redemptio.

Elaias quæ concinit,  
Completa sunt in virgine,  
Annunciauit Angelus,  
Sanctus compleuit Spiritus,

Maria ventre concipit,  
Verbi fidelis semine,  
Quem totus orbis non capit,  
Portant puellæ viscera.

Radix

## Hymni.

Radix Iessæ iam floruit,  
Et virgo fructum edidit,  
Fœcunda partum protulit,  
Et virgo mater permanet.  
Præsepis arcta pertulit,  
Qui lucis autor extitit,  
Cum Patre cœlos condidit,  
Sub matre pannos induit.  
Legem dedit qui seculo,  
Cuius decem præcepta sunt,  
Dignando factus est homo,  
Sub legis esse vinculo.

Adam vetus quod polluit,  
Adam nouus hoc abluit,  
Tumens quod ille deicit,  
Humillimus hic erigit.

Iam nata lux est & salus,  
Fugata nox & victa mors,  
Venite gentes, credite,  
DEVM Maria protulit.

Cum Patre laus sit Filio,  
Cum Spiritu paracleto.

Quo

Hymni. 24

Quo virgo prægnans mater est,  
Manet DEVS qui nascitur.

Aliud Carmen Trochai-

*cum Acatalectico & catalectico,*  
*alcernatim currens, Autor*  
*Prudentius.*

CORDE natus ex parentis,  
Ante mundi exordium, 24

Alpha & O cognominatus,

Ipsè fons & clausula,

Omniùm quæ sunt, fuerunt,

Quæq; post futura sunt,

Seculorum seculis.

O beatus ortus ille,

Virgo cum puerpera.

Edidit nostram Salutem,

Fœta sancto Spiritu,

Et puer Redemptor orbis,

Os sacratum protulit,

Seculorum seculis.

Pfallat altitudo cœli,

Pfallat omnis Angelus

Quicquid est virtutis vsq;,

Pfallat

## Hymni.

Pfallat in laudem DEI,  
Nulla linguarum filescat,  
Vox & omnis consonet,  
Seculorum seculis.

Ecce quem Vates vetustis,  
Concinebant seculis,  
Quem Prophetarum fideles  
Paginæ sponponderant,  
Emicat promissus olim,  
Cuncta collaudent eum,  
Seculorum seculis.

Te senes & te iuuentus,  
Paruulorum te chorus,  
Turba matrum virginumq̄  
Supplices puellulæ,  
Voce concordēs pudicis,  
Perstrepant concentibus,  
Seculorum seculis.

*Simplia*

Sit tibi cum patre CHRISTE  
Cumq̄ sacro Pneumate,  
Iugis Hymnus, & perennis  
Gratiarum actio, (plus  
Laus, honor, virtus, Trium-  
la

Hymni.

25

In beatis cœtibus,  
Seculorum seculis.

A M E N.

In Epiphania Domini,

*Hymnus Iambicus archilochicus, Sedulius  
auctor. Estq; pars Acrostichidis, im-  
mediatè sequens finem Hymni,  
A Solis ortus &c.*

**H**erodis hostis impie,  
Christū venire quid times?  
Non arripit mortalia,  
Qui regna dat cœlestia.  
Ibant Magi quam viderant  
Stellam sequentes præuiam,  
Lumen requirunt lumine  
D E V M fatentur munere.  
Katerua matrum personat,  
Collisa deflens pignora,  
Quorum Tyrannus millia  
C H R I S T O sacrauit victimam.  
Lauacra puri gurgitis,  
Cœlestis agnus attigit,  
Peccata quæ non detulit,  
c Nos

## Hymni,

Nos abluendo sustulit.  
Miraculis Jedit fidem  
Habere se Deum patrem  
Infirma sanans corpora  
Resuscitans cadauera.  
Nouum genus potentiaë,  
Aquaë rubescunt hydriaë,  
Vinumq; iussa fundere  
Mutauit vnda originem.

Gloria tibi DOMINE  
Qui apparuisti hodie,  
Cum Patre & sancto Spiritu  
In sempiterna secula, Amen.

## In Festum Epiphania-

rum Domini, Alius Hymnus  
HILARII.

**I**Es vs refulsit omnium  
Pius redemptor Gentium  
Totum genus fidelium  
Laudes celebret Dramatum,  
Quem stella natum fulgida  
Monstrat micans per æthera,  
Magosq; duxit præuia

Infan-

## Hymni.

26

Infantis ad cunabula.  
Illi cadentes paruulum  
Panno adorant oblitum,  
Verum fatentur & DEVM,  
Munus ferendo Mysticum.  
Denis ter annorum cyclis  
Iam parte viuens temporis,  
Lympham petit Baptismatis,  
Cunctis carens contagijs,  
Felix IOHANNES mergere  
Illum tremiscit flumine,  
Potest suo qui sanguine  
Peccata mundi tergere.  
Nos CHRISTE subnixa prece  
Omnes rogamus, protege,  
Qui præcipis rubescere  
Vino potenter hydrias.

## In Festo Purificationis

*MARIAE, Hymnus Sapphi-  
co carmine constans.*

**Q**uod Chorus Vatum, venerandus olim,  
Spiritu sancto cecinit repletus.

62

In

## Hymni.

In Dei constat genetrice factum  
Esse Maria,

Hæc Deum cœli Dominumq; terræ  
Virgo concepit, peperitq; Virgo,

Atq; post partum meruit manere  
Inviolata.

Quem senex iustus Simeon in vlnas  
In domo sumpsit D O M I N I, gausus

Hæc quod optavit proprio videre  
Lumine Christum

Tu libens votis petimus precantum

Regis æterni Genitus faueto,

Clara qui cœli repetens Olympi

Regna subisti.

Dominica Septuagesi-  
ma, Hymnus αμεϛθ.

**D**ies absoluti prætereunt,  
Dies obseruabiles redeunt,  
Tempus adest sobrium,

Queramus puro corde Dominum.

Hymnis & in confessionibus

Iudex cōplacabitur Dominus.

Non negat hic veniam

Qui vult vt homo quærat  
gratiam.

Post iugum seruile Pharaonis,

Post cathenas diræ Babylonis,

Liber



## Hymni,

27

Liber homo patriam  
 Quærat cœlestē Hierosolymā,  
 Fugiamus de hoc exilio,  
 Habitemus cum Dei filio,  
 Hoc decus est famuli,  
 Si sit cohæres sui Domini.  
 Sis Christe nobis dux huius vitæ,  
 Memêto quòd sumus oues tuæ,  
 Pro quibus ipse tuam  
 Pastor ponebas morte animā,  
 Gloria sit Patri & Filio,  
 Sancto simul honor Paracletō  
 Sicut erat pariter,  
 In principio & nūc, & semper.  
 A M E N.

## Dominica I. in Quadra-

*gesima, Carmen Iambicum Archi-  
 lochicum, D. Ambrosij.*

**E**X more docti mystico,  
 Seruetur hoc ieiunium,  
 Deno dierum circulo  
 Ducto quater notissimo.  
 Lex & Prophetæ primitus

c 3

Hoc

## Hymni.

Hoc protulerunt, postmodum  
Christus sacrauit, omnium  
Rex atq; factor temporum.  
Utamur ergo parcius,  
Verbis, cibis, & potibus,  
Somno, iocis, ut arctius  
Perstemus in custodia.  
Vitemus autem pessima  
Quæ subruunt mentes vagas,  
Nullumq; demus callido  
Hosti locum tyrannidis.  
Preemur omnes cernui,  
Clamemus atq; singuli,  
Ploremus ante Iudicem,  
Flectamus iram vindicem.  
Nostris malis offendimus,  
Tuam DEVS clementiam,  
Effunde nobis desuper  
Remissor indulgentiam.  
Memento, quod sumus tui,  
Licet caduci plasmatis,  
Ne des honorem nominis  
Tui (precamur) alteri.

Laxa

Hymni, 28

Laxa malum, quod gessimus,  
Auge bonū, quod poscimus,  
Placere quò tandem tibi  
Possimus hic & perpetim.

A M E N.

Dominica Quadragesi-

*ma, Carmen Iambicum Dime-*  
*trum, D. Gregorij.*

**A** Vdi benignitate Conditor  
Nostras preces cū fletibus  
In hoc sacro ieiunio,  
Fusas quadragenario.

Scrutator alme cordium  
Infirma tu scis virium,  
Ad te reuersis exhibe,  
Remissionis gratiam.

Multū quidem peccauimus,  
Tu parce confidentibus  
Ad nominis laudem tuī,  
Confer medelam languidis.

Sic corpus extra conteri  
Dona per abstinentiam,

C 4

Iciunet

## Hymni.

Ieiunet vt mens sobria  
A labe prorsus criminum,  
Præsta beata Trinitas,  
Concede simplex vnitas,  
Vt fructuosa sint tuis  
Ieiuniorum munera.

A M E N.

## Hymnus Quadragesi-

*malis, Carmen Iambicum*

*Dimetrum.*

**C**HRISTE qui lux es & dies,  
Noctis tenebras detegis,  
Lucisq; lumen crederis,  
Lumen beatum prædicans.  
Precamur sancte Domine,  
Defende nos in hac nocte,  
Sit nobis in te requies,  
Noctem quietam tribue.  
Ne somnus irruat grauis,  
Nec hostis nos surripiat,  
Nec caro illi consentiens,  
Reos nos tibi statuat.  
Oculi somnum capiant,

Cor

Hymni. 29

Cor semper ad te vigilet,  
Dextera tua protegat  
Famulos qui te diligunt.  
Defensor noster aspice,  
Insidiantes reprime,  
Tuos gubernata famulos,  
QVOS SANGVINE MERO  
CATVS ES.

Memento nostri DOMINE,  
In graui isto corpore,  
Qui es defensor animæ,  
Adesto nobis DOMINE.

DEO Patri sit gloria  
Eiusq; soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclete,  
Et nunc & in perpetuum.

Aliud Iambicum vt

*precedens, D. Gregorij.*

CLarum decus ieiunij  
Monstratur orbi cœlitus.  
Quod Christus auctor omniū  
Cibis dicauit abstinens.

c 5

Hoc

## Hymni.

Hoc Moyses charus **D E O**,  
Legisq; lator claruit,  
Hoc Elias per aera,  
Curru leuatus igneo,  
Hinc Daniel mysteria,  
Victor Leonum viderat,  
Per hoc amicus intimus  
Sponsi **I O H A N N E S** claruit.  
Hæc nos sequi dona **D E V S**,  
Exempla parsimoniae.  
Tu robur auge mentium,  
Dans spiritale gaudium,  
Præsta Pater per Filium,  
Præsta per alium Spiritum:  
Viuens per æuum triplici  
Vnus **D E V S** cognomine.

Alius. Iambicum Archi-  
*lochicum Dimetrum.*

**I** E s v quadragenariæ  
Seruator abstinentiæ,  
Dum sustines hostis graues  
Tentantis inuictus plagas.

Famis

Hymni.

30

Famis dolores perferens,  
Quò Paradiso redderes,  
Quos inde gastrimargia  
Heu sorda culpa eiecerat.  
Adesto nunc Ecclesiæ,  
Adesto poenitentiaë,  
Qua pro suis excelsibus  
Orat profusis fletibus.  
Tu retroacta crimina  
Tua remitte gratia,  
Et à futuris adhibe  
Custodiam mitissimè.  
Ut his peractis annuis  
Ieiuniorum ritibus,  
Tendamus ad Paschalia  
Dignè colenda gaudia.  
A M E N.

In Dominica Passione,

*Iambicum, ut precedens.*

*Fortunatus Episco-  
pus autor.*

**V**exilla Regis prodeunt,  
Fulget Crucis mysteriū,  
c 6 Quo

## Hymni.

Quo carne carnis conditor  
Suspendus est patibulo,  
Confixa clavis viscera,  
Tendens manus vestigia  
Redemptionis gratia  
Hæc immolatur hostia,  
Quo vulneratus insuper  
Mucrone diro Lanceæ,  
Ut nos lauaret crimine,  
Manavit vnda sanguine,  
Impleta sunt quæ concinit  
David fidelis carmine,  
Dicendo nationibus,  
Regnabit à ligno **D E V S.**  
Arbor decora & fulgida  
Ornata Regis purpura,  
Electa digno stipite  
Tàm sancta membra tangere.  
Beata cuius brachijs  
Secli pependit præmium  
Statera facta est corporis,  
Tulitq; prædam Tartari.  
O crux, aue spes vnica

Hoc



## Hymni.

31

Hoc passionis tempore,  
Auge pñs iusticiam,  
Reiscꝫ dona veniam.  
Trinitas D B V S te summa,  
Collaudat omnis spiritus,  
Quos per crucis mysterium  
Saluas, regas per secula.  
A M E N.

## Dominica Palmarum

*Hymnus, Carmen Elegiacum  
Theodulphi Episcopi  
Aureliensis.*

**G**Loria laus & honor, tibi sit rex Christe res  
demptor,  
Cui puerile decus promisit Osanna pium.  
Israel tu rex Davidis & inelyta proles.  
Nomine qui in Domini rex benedictē venis.  
Coetus in excelsis te laudat cœlitus omnis,  
Et mortalis homo, cuncta creata simul,  
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit,  
Cum prece, voto, Hymnis assumus ecce tibi.  
Hi tibi passuro soluebant munera laudis,  
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.  
Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra  
Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta placēt.  
A M E N.

c 7

De

Hymni.

De Passione Domini

*-v -v -v -v -v*  
Carmen Trochaicum, Alemanio &  
Euripideo alternatim currens  
Fortunati Episcopi

*grace Epoca  
oratio signu  
id. e signu  
fora  
cum 20  
triv.*  
**P**ange lingua gloriosi  
Prælium certaminis,  
Et super Crucis trophæo  
Dic triumphum nobilem.  
Qualiter Redemptor orbis  
Immolatus vicerit.

*Narratio  
de lapu  
sinati p  
vige  
fiont  
morte  
Dey*  
De Parentis protoplasti  
Fraude factor condolens,  
Quando pomi noxialis  
Morte, morsu, corruiit  
Ipse lignum tunc notauit,  
Damna ligni vt solueret,  
Hoc opus nostræ salutis  
Ordo depoposcerat,  
Multiformis proditoris  
Ars vt artem falleret,  
Et medelam ferret inde,  
Hostis vnde læserat.

Quando venit ergo sacri  
Plenis

Hymni,

32

Plenitudo temporis,  
Missus est ab arce Patris.  
Natus, orbis conditor,  
Atq; ventre virginali  
Carne sumpta prodijt.

Vagit Infans inter arcta

*Christy*

Conditus præsepia,

Membra pannis inuoluta

*Da matrem curam  
quæ puerum nutrit*

Virgo mater alligat, *abstringit*

Et pedes, manusq; crura

Stricta cingit fascia. *fascia bene*

Lustra sex qui iam peracta

*repleta est ætas*

Tempus implens corporis,

*casus est mortis*

Se volente natus atq; huic

*sponte*

Passioni deditus

*traditus*

Agnus in Crucis leuatur

*in mundum*

Immolandus stipite.

*non stans sed aruere*

Hic acetum, fel, arundo,

*adferunt*

Sputa, clauis, lancea,

*longa hasta*

Mite corpus perforatur,

*manusq; corpus*

Sanguis unda profluit,

*sub mactra*

Terra, pontus, astra, mundus,

*id est omnes*

Quo lauantur flumine.

*homines*

*quærinat*

Cruce



## Hymni.

CRUX fidelis inter omnes  
Arbor vna nobilis,  
Nulla sylua talem profert  
Fronde, flore, germine,  
Dulce lignum, dulce tignum,  
Dulce pondus sustinet,

Flecte ramos arbor alta,  
Tensa laxa viscera,  
Et rigor lentescat ille,  
Quem dedit natiuitas,  
Quo superni membra Regis,  
Miti tendas stipite,

Sola digna tu fuisti,  
Ferre seculi præmium,  
Atque portum præparare,  
Nauta mundo naufrago,  
Quem sacer cruor perunxit  
Fusus agni corpore,

Gloria æterno Patri,  
Qui creauit omnia,  
Eius vnicoque Nato  
Pro salute tradito,

Pneu-

Hymni.

33

Pneumaticꝫ Paracletō,  
Omniaꝫ per secula.

A M E N.

*P R V D E N T I V S.*

Vidit anguis immolatam  
Corporis sacri hostiam,  
Vidit, & fellis perusti  
Mox venenum perdidit,  
Saucius dolore multo  
Colla fractus sibilat.

Quid tibi prophane serpens,  
Profuit rebus nouis  
Plasma primum perculisse  
Versipelli astutia?  
Diluit culpam recepto  
Forma mortalis *D E O.*  
Additum aliunde.

Genitori Genitoꝫ  
Laus & iubilatio,  
Salus, honor, virtus quoꝫ,  
Sit & benedictio,  
Procedenti ab vtroꝫ,  
Compar sit laudatio.

In

Hymni.

In Cœna Domini Hy-

*mnus Ode Iambica Trime-*  
*tra, D. Gregorij.*

**R**EX Christe factor omnium,  
Redemptor & credentium  
Placare votis supplicum  
Te laudibus colentium.  
Cuius benigna gratia  
Crucis per alma vulnera,  
Virtute soluit ardua  
Primi parentis vincula.  
Cum sis creator syderum,  
Tegmen subisti carneum,  
Dignatus hanc vilissimam  
Pati doloris formulam,  
Ligatus es, ut solueres  
Mundi ruentis complices,  
Per probra tergens crimina  
Quæ mundus auxit plurima.  
Cruci Redemptor figeris,  
Terram sed omnem concutis,  
Tradis potentem spiritum,  
Nigrescit atq; seculum.

Mox

Hymni. 34

Mox in paternæ gloriæ  
Victor refulgens culmine,  
Cum spiritus munimine,  
Defende nos Rex optime.  
Amen.

In solennitate Paschali,

*Elegiacum Lactantij.*

Salve festa dies toto venerabilis æuo,  
Qua Deus infernum vicit, & astra tenet.  
Ecce renascentis testatur gratia mundi,  
Omnia cum Domino dona redisse suo.  
Namq; triumphanti post tristia tartara Christo  
Vndiq; fronde nemus, gramina flore fauente  
Legibus inferni oppressis, super astra meantem,  
Laudant rite Deum, lux, polus, arua, fretum,  
Qui crucifixus erat Deus, ecce per omnia res  
Dantq; creatori cuncta creatæ precē. (gnat.  
Christe salus rerum bone Conditor atq; Redem  
Vnica progenies ex Deitate Patris, (tor,  
Solue catenatas Inferni carceris vinctas,  
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.

Alius Hymnus, Iambi.

*cus Dimeter, Fulberti Carnotensis.*

Chorus nouæ Hierusalem,  
Nouam meli dulcedinem  
Promat, colens cum sobrijs  
Paschale festum gaudijs.

Quo

## Hymni.

Quo CHRISTVS inuictus Leo,  
Dracone surgens obruto,  
Dum voce viua personat,  
A morte functos excitat.  
Quam deuorarat improbus  
Prædam refudit Tartarus,  
Captiuitate libera  
IESVM sequuntur agmina.  
Triumphat ille splendide,  
Et dignus amplitudine,  
Soli poliç patriam,  
Vnam facit Rempublicam.  
Ipsam canendo supplices,  
Regem precemur milites,  
Vt in suo clarissimo  
Nos ordinet palatio.  
Per secla metæ nescia,  
Patri supremo gloria,  
Honorç sit cum Filio,  
Et Spiritu paraclete. AMEN.

Alius. Carmen Iambic  
*cum Ametrum.*

Ad



## Hymni.

35

**A**D cœnam agni prouidi  
Et stolis albis candidi,  
Post transitum maris rubri,  
Christo canamus principi,  
Cuius corpus sanctissimum  
In ara crucis torridum,  
Cruore eius roseo  
Gustando viuimus Deo.  
Protecti Paschæ vespere,  
A deuastante Angelo  
Erepti de durissimo  
Pharaonis imperio.  
Iam Pascha nostrum Christus est,  
Qui immolatus agnus est,  
Synceritatis azyma  
Caro eius oblata est,  
O verè digna hostia,  
Per quem fracta sunt Tartara,  
Redempta plebis captiuata  
Redit ad vitæ præmia.  
Cum surgit Christus tumulo  
Victor redit de baratro,  
Tyranni trudens vinculum  
Et

## Hymni.

Et reſerans Paradifum.  
Quæſumus auctor omnium  
In hoc Paſchali gaudio,  
Ab omni mortis impetu,  
Tuum defende populum.  
A M E N.

## Hymnus tempore Paſchali *carmine Sapphico Adonico.*

**V**ita ſanctorum, decus Angelorum,  
Vita cunctorum pariter piorum,  
Chriſte qui mortis moriens miniſtrum  
Exuperasti.  
Tu tuo lætos famulos trophæo,  
Nunc in his ſerua placidis diebus,  
In quibus ſanctum celebratur omnem  
Paſcha per orbem.  
Paſcha quo victor rediens ab imo,  
Atq; cum multis alijs reſurgens,  
Ipſe ſuſceptam ſuper alta carnem  
Aſtra leuaſti.  
Nunc in excelfis Dominus refulgens  
Et ſupra cœlos **D E V S** eleuatus,

Inde

## Hymni.

36

Inde venturus homo iudicatus,

Denuo Iudex,

Corda tu sursum modo nostra tolle,

Quo Patri dexter resides in alto,

Nec resurgentes facias in ima

Præcipitari.

Hoc Pater tecum, simul & sacratus

Præstet amborum pie CHRISTE flatus,

Cum quibus regnas, DEVS VNUS OMNĪ

Iugiter æuo.

## In Ascensione Domini

*Hymnus, Carmen ex Asclepiadeo*

*& Gliconico.*

Festum nunc celebre magnæque gaudia

Compellunt animos carmina promere,

Cum Christus solium scandit ad arduum

Coelorum pius arbiter,

Conscendit iubilans, lætus ad æthera

Sanctorum populus prædicat inclytum,

Plaudentes celebrant Angelici chori

Victoris quoque gloriam.

Qui scandens superos vincula vinxerat

Donans terrigenis munera plurima

Districtus rediens arbiter omnium,

Qui mitis modo transit.

Oramus DOMINE conditor inclyte,

Deuotos famulos respice, protegens,

Ne nos

## Hymni.

Ne nos Iuor edax Dæmonis obruat  
Demergat nec ad Inferos.  
Et cum flammivoma nube reuerteris,  
Ut Iudex hominum crimina vindices,  
Ne ( nos ) suppliciis obrue tristibus  
Sed complectere gratia  
Præstes hoc Genitor Optime Maxime  
Hoc tu Nate Dei, Tu bone Spiritus  
Regnans perpetuo fulgida Trinitas  
Aeternum venerabilis.

Alius, Iambicum Di-  
metrum, & μετρο.

**I**Es v nostra redemptio,  
Amor & desiderium,  
**D**EVs creator omnium,  
Homo in fine temporum.  
Quæ te vicit clementia?  
Ut nostra ferres crimina,  
Crudelem mortem patiens,  
Ut nos à morte tolleres.  
Inferni claustra penetrans,  
Tuos captiuos redimens,  
Victor triumpho nobili,  
Ad dextram Patris residens.  
Te cogat ipsa pietas

VI

Hymni.

37

Vt mala nostra subleues  
Parcendo, & voti compotes  
Vultu tuo nos faties,  
Tu esto nostrum gaudium,  
Qui es futurus præmium,  
Nostra in te sit gloria  
Per cuncta semper secula.

A M E N.

In die Pentecostes, Iam-

*bicum Dimetrum, Ad sanctum  
Etum Spiritum.*

**V**eni creator Spiritus  
Mentes tuorum visita,  
Imple superna gratia  
Quæ tu creasti pectora.  
Qui Paracletus diceris,  
Donum DEI altissimi,  
Fons viuus, ignis, charitas,  
Et spiritalis vnctio.  
Tu septiformis munere,  
Dextræ DEI tu digitus,  
Tu ritè promissum Patris  
Sermone ditans guttura.  
d      Accende

## Hymni.

Accende lumen mentibus,  
Infunde amorem cordibus,  
Infirma nostri corporis  
Virtute firmans perpeti,  
Da gaudiorum præmia,  
Da gratiarum munera,  
Dissolue litis vincula  
Astringe pacis foedera,  
Hostem repellas longius,  
Pacemq; dones protinus,  
Ductore sic te præuio,  
Vitemus omne noxium,  
Per te sciamus da patrem,  
Noscamus atq; Filium,  
Te vtriusq; Spiritum,  
Credamus omni tempore,  
Sit laus Patri cum Filio  
Sancto simul Paraclete  
Nobisq; mittat Filius  
Charisma sancti Spiritus.

A M E N.

Oratio ad DEVM Spiri-  
*tum sanctum.*

Sancti

Hymni. 38

**S**ancti spiritus adsit nobis gra-  
tia, Qui corda nostra sibi fa-  
ciat habitacula,  
Expulsis inde cunctis vitijs spiri-  
talibus.

Spiritus alme illustrator hominū.  
Horridas nostræ mentis purga  
tenebras.

Amator sanctè sensatorum sem-  
per cogitatum.

Infunde vnctionem tuam cle-  
mens nostris sensibus.

Tu purificator omnium flagitio-  
rum Spiritus.

Purifica nostri oculum interioris  
hominis.

Vt videri supremus Genitor  
possit à nobis,

Mundi cordis quem soli cernere  
possunt oculi.

Prophetas tu inspirasti vt præ-  
conia CHRISTI tunc præcia-  
nerent inclyta.

## Hymni.

Apostolos confortasti vti tro-  
phæum CHRISTI per totum  
mundum veherent.

Quando machinam per Verbum  
suum fecit DEVS, cœli, terræ,  
marium.

Tu super aquas soturus eas, Nu-  
men tuum expandisti Spiritus.

Tu animabus viuificandis aquas  
foecundas.

Tu aspirando das spiritalis esse  
homines.

Tu diuisum per linguas mundū  
& ritus adunasti Domine.

Idolatrias ad cultum Dei reuocas  
Magistrorum optime.

Ergò nos supplicantes tibi exau-  
di propicius sancte Spiritus.

Sine quo preces omnes cassæ cre-  
duntur & indignæ Dei auribus.

### Additum de Festo

*Pentecostes.*

Tu



Hymni 39

**T**V qui omnium seculorum  
Sanctos, tui Numinis do-  
cuisisti instinctu amplectendo  
Spiritus.

Ipse hodie Apostolos **CHRISTI**  
donans munere insolito &  
cunctis inaudito seculis.

Hunc diem gloriosum fecisti,  
Sancti Spiritus adsit nobis gratia.

A M E N.

Oratio ad Deum san-

*ctum Spiritum.*

**V**eni sancte Spiritus, et emitte  
cœlitus lucis tuæ radium.

Veni Pater pauperum, veni dator  
munerū, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis ho-  
spes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu tem-  
peries, in fletu solatium.

O lux beatissima reple cordis in-  
tima tuorum fidelium.

d. 3

Sine

## Hymni.

Sine tuo Numine nihil est in ho-  
mine, nihil est innoxium.

Lava quod est sordidum, riga  
quod est aridum, sana quod est  
faucium.

Flecte quod est rigidum, fove  
quod est frigidum, rege quod  
est devium.

Da tuis Fidelibus in Te confiden-  
tibus sacrum septenarium.

Da virtutis meritum, da salutis  
exitum, da perenne gaudium.

A M E N.

## De sancta Trinitate,

*Iambicum Archilochicum.*

**O** Lux beata Trinitas,  
Et principalis vnitas,  
Iam Sol recedit igneus,  
Infunde lumen cordibus.

Te manè laudum carmine  
Te deprecemur vespere  
Te nostra supplex gloria,  
Per cuncta laudet secula.

Deo

Hymni,

40

DEO Patri sit gloria,  
Eiusq; soli Filio,  
Cum Spiritu Paracleto  
Et nunc & in perpetuum,  
A M E N.

Alius Hymnus de Tri-  
nitate, αμεζΩ.

O Lux beata Trinitas,  
Tres vnum, trium vno  
Imperialis vnitas,  
In trium contubernio.

O Pater innascibilis  
Natura semper pullulans,  
Pontus rei vertibilis  
Verbo virtutis baiulans.

O Verbum in principio  
Paternæ splendor gloriæ,  
Tu conditor & ratio  
Lux cordium, fons veniæ.

O amor sancte Spiritus  
Concordia spiraculum  
Summi dulcoris halitus

d 4 Pax

## Hymni.

Pax, foedus, fructus, osculum.

Pater gignit imaginem

Aequalem sibi penitus,

Solamq; per originem

Ab ipsis differt Spiritus.

Tres vnum DEVM colimus

Vnam trium essentiam,

Tribus vnam impendimus,

Honoris reuerentiam.

Laus Patri sit ingenito

Laus eius Vnigenito

Laus sit sancto Spiritui

Trino DEO & simplici.

In Festo Corporis Chri-

sti, *Carmen Dni THOMAE*

*AQUINATIS,*

*Ꝟꝛꝛꝛ.*

**P**Ange lingua gloriosi  
Corporis mysterium,

Sanguinisq; preciosi,

Quem in Mundi precium

Fructus ventris generosi,

Rex effudit gentium.

Nobis

# Hymni.

41

Nobis natus, nobis datus,  
Ex intacta virgine,  
Et in Mundo conuersatus  
Sparso Verbi semine,  
Sui moras incolatus  
Miro clausit ordine.  
In supremæ nocte coenæ  
Recumbens cum fratribus,  
Observata lege plenè  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodenæ  
Se dat suis manibus.  
Verbum caro panem verum  
Verbo carnem efficit.  
Fitq; sanguis Christi merum,  
Et si sensus deficit,  
Ad firmandum cor syncerum,  
Sola fides sufficit.  
Tantum ergo sacramentum  
Veneremur cernui,  
Et antiquum documentum  
Nouo cedat ritui,  
Præstet fides supplementum

d s

Sens

## Hymni.

Sensuum defectui,  
Genitori genitoꝝ  
Laus & iubilatio,  
Salus, honor, virtus quoꝝ  
Sit & benedictio.  
Procedenti ab utroꝝ  
Compar sit laudatio.

A M E N.

## Iambicum Dimetrum,

*de conceptione & natiuitate Christi  
ex Virgine sancta, in-  
certi autoris.*

**F**It porta Christi peruia,  
Referta plena gratia,  
Transitꝝ rex & permanet,  
Clausa vt fuit per secula.  
Genus superni luminis  
Processit aula virginis,  
Sponsus redemptor conditor  
Sux Gigas Ecclesix.  
Honor matris & gaudium  
Immensa spes credentium,  
Per atra mortis pocula  
Resoluit

## Hymni.

42

Resoluit nostra crimina,  
I E S V tibi sit gloria,  
Qui natus es de virgine,  
Patri sacroq; Flamini,  
In sempiterna secula.

A M E N.

### Aliud, sed Elegiacum.

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit oris  
In tua se clausit viscera factus Homo. (bis.)  
Vera fides geniti purgavit crimina mundi,  
Et tibi virginitas inuiolata manet.  
Gloria magna Patri, compar tibi gloria Nate,  
Flamine cum Sancto, gloria magna Deo.

### Iambicum Dimetrum,

*Philippi Melanth. de S. Iohan.  
Baptista.*

**Æ** Terno gratias Patri  
Omnes canant Ecclesiæ,  
Quod nuncium verbi sui  
Iohannem nobis miserit,  
Exui hic mores malos  
Iussit, metuq; iudicis  
Mox ad futuri terruit  
Superbas mentes omnium.

d 6

Rursus

## Hymni.

Rursusq; percussos metu  
In spem vitæ certam vocat,  
Et monstrat Agnum digito  
Qui placat vnicus Deum.  
Hæc ille firmo pectore  
Docet, Christumq; prædicat  
Venire, ceu Solem nouum  
Prodire aurora nunciat,  
Nec Pharisæi spiritum  
Fregerunt ingentem viri:  
Hic alter Helias fuit,  
Hypocritas dum arguit.  
Te summx rogamus Pater,  
Vt corda nostra suscites,  
Vt verè possint credere  
IOHANNIS testimonio.  
A M E N.

Alius Hymnus, de S. Io-  
*hanne Baptista emendatus ab*  
*Urbano Regio.*

**V**T queant laxis resonare fibris  
Mirâ Baptistæ famuli precamur  
Solue pollutis labiis reatum  
Tu Deus alme,

Nun



# Hymni.

43

Nuncius celfo veniens Olympo  
Hunc Patri magnum fore nasciturum,  
Nomen & Vitæ seriem gerendæ  
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni  
Perdidit promptæ modulus loquelæ,  
Sed reformasti Deus huic peremptæ  
Organa vocis.

Ventris obtruso positus cubili,  
Senserat Regem thalamo manentem,  
Hinc parens nati dubiis uterq;  
Abdita pandit.

Antra deserti teneris sub annis,  
Civium turmas fugiens perivit,  
Ne leui saltem maculare vitam  
Flamme possit.

Præbuit durum tegimen Camelus,  
Arcubus sacris, strophium bidentes,  
Cui latex haustum, sociata passum  
Mela Locustis.

Cæteri tantum cecinere Vates  
Corde præfago, iubar affucurum  
Ille sed Mundi scelus auferentem  
Indice prodit.

Non fuit vasti spacium per orbis,  
Sanctior quisquam genitus Iohanne  
Qui nephas seculi potuit lauantem  
Tingere Lymphis.

Laus Deo Patri, Patris atq; proli  
Laus & amborum tibi Pneuma sacrum  
Nunc & in toto maneat futuri.  
Tempore seculi.

d 7

Hymnus



Hymni,  
Hymnus de sancto Io-  
hanne Baptista, Ioach. Ca-  
merarii.

DE S. IOHANN E  
BAPTISTA.

**V**T queat festo celebrare cantu  
Gesta sanctorum pia vox tuorum.  
Christe peccatis timidae resolu  
Vincula linguae.

Hoc tibi mentis studium fidelis  
Hoc opus laudis merita refertur,  
Corde qui dignas memori iubemur  
Reddere grates.

Nunc adest laeta bona lux diei  
Qua Deo addictus populus beati  
Martyris sancti colit ac Prophetæ  
Festa Iohannis.

Angelus Patri senio trementi,  
Antequam ferret sua mater aluo,  
Huius exortum simul atq; vitam  
Ordine narrat.

Hic ad affatum Domini MARIÆ  
Matris, exultans utero Parentis  
In suæ, Christum venerans adorat  
Gestibus Infans.

Hic viam Christo parat affuturo  
Monstrat extenso digitoq; puram  
Victimam

# Hymni.

44

Victimam, offensi fuit expiata

Qua Patris ira.

En DEI clamat preciosus agnus

Dum stat, & præter videt ire Iesum,

Qui tulit mundi scelus, & reatus

Crimina soluit.

Ille & in viuo, veterem perosus

Vitam, & ad cœli cupidos venire

Regna, diuinos monitus secutus

Flumine mergit.

Carceris tandem datus in tenebras

Arguens Regis Venerem nefandam

Fraude Reginae capite amputato

Occidit insons.

Vidit incisi iuguli Machærus

Corpus æterni quod ab ore verbi

Sparferat sancto segetem datura

Semina lætam.

Hæc via est semper pietatis eius

Quæ Deum vere colit, & salubres

Ore depromens monitus aperto

Libera fatur.

Increpans ausus hominum proteruos

Impij fructus animi, docensq;

Huic Deum irasci grauius furori

Omnipotentem.

Ergo se contra parat ille Mundi

Principis turmae globus, opprimitq;

Vi sua

## Hymni.

Vi sua sanctæ pietatis alma  
Verba loquentes.  
Innocens ceruix gladio secatur,  
Mergitur corpus pelago, aut flagrante  
Vritur flamma, iacit aut in atro  
Carcere vincitum.  
Veritas nulla tamen occubat vi,  
Ac quasi iniectum generosa palmæ  
Stirps, onus contra liquidas renitens  
Tendit in auras.  
Gratias cœtus populi frequentis  
Et Patri & Nato pariterq; sancti  
Numini flatus agat, huncq; læta  
Voce celebret.  
Optimum, iustum, omnipotentem &  
vnum.  
Finis expertem simul hunc & ortus,  
Cuius à se cuncta potens creata  
Dextra gubernat.

## De S. Petro & Paulo

*Apostolis Ioach. Ca-  
merarij.*

**L**Vx aurea roseo nitore splens  
Ldida Hæc nomen est sortita  
Christi Martyrum.  
Petri atq; Pauli, quorum in  
orbe fulgidum Ors

Hymni, 45

Orcum renidet vniuerso iam  
iubar.

Tu Petre primum Antiochi ad  
urbem collocas

Præconiij sedem atq; doctrinæ  
thronum.

Paulus peragrat regna iustus  
Græciæ.

Sed Roma vitæ ambos coro-  
nat exitu.

Horum meminisse nominis pios  
decet.

Et gratias agere DEO æterno  
Patri.

Hos in suam qui miserit mes-  
sem viros,

CHRISTI sequentes atq; mon-  
strantes viam.

HIS CHRISTVS ipse tradidit cla-  
ues poli.

Essent apertæ semper vt fide-  
libus.

Clausæq; vt huius Impñs essent  
fores, Hæc

## Hymni.

Hæc est Apostolici potestas  
muneris.

Nunc est vterq; beatus in cœlis,  
suo Cursu peracto in valle fle-  
tus turbida.

Sed nunc quoq; instruit & do-  
cet scriptis pios.

Et verba vitæ ac veritatis per-  
sonat.

His sunt reliquiæ Martyrum res  
conditæ

Thecis & hæc monumenta  
sanctorum patent,

Illæsa seruatur quibus CHRIS-  
TI fides.

Cunctisq; confertur salus cre-  
dentibus.

Aeternæ laus tibi sit Ô DEVS Pater,

Et sit tibi coæternæ laus Filii  
DEVS,

Sit laus tibi vtriusq; Spiritus DEVS  
VS,

Soli, potenti maximo, vero DEO.  
In

Hymni. 46  
In Festo Visitationis

*MARIAE Hymnus.*

*ἀνεψῆς.*

**A**dsunt festa iubilæa,  
In Mariæ gaudia  
Tota psallat Ecclesia  
Deuotè laudum dragmata,  
Cuius sacri viscera  
Dei inuisit gratia,  
Vt esset Virgo grauida,  
Tori virilis nescia.  
Hæc Paranymphe dum credit,  
Sacrum hanc Pneuma repleuit,  
Aluis tumescit, & gerit  
Verbum Patris quod peperit.  
Confestim montes adiit,  
Elisabeth salutauit,  
Obuijs ea suscipit,  
Vlnis, stringit & circueit.  
Sacri iunguntur vteri,  
Milesq; sui Domini.  
Præsentiam dum agnoscit,  
Tripudiando suscipit,

Clamat

## Hymni.

Clamat anus cum iubilo  
Plena sancto Paraclito,  
Beata tu in Filio,  
Quæ credidisti DOMINO.  
Exultet cœli Regia,  
Et tota mundi machina,  
Abyssus atq; maria,  
Laudent DEVM per secula.

Patri summo cum Filio  
Spiraminiq; hagio  
Sit sempiterna gloria,  
In vnitate solida. Amen.

## Iambicum dimetrum,

*de Maria DE I genitrice Visitante  
Elizabeth, Autore Philippo  
Melantheone.*

**Æ**Terne gratias tibi  
Dicamus omnes conditor,  
Quod inter hostes plurimos  
Ecclesiam seruas tamen.

Vt inter arma gentium  
Herodis & satellites,  
Interq; tetros dogmatum  
Furores



## Hymni.

47

Furores &amp; deliria:

Seruas MARIAM virginem,  
Domumq; caste ELISABETH  
Quæ prædicant munus tuum  
Datumq; Christum nunciant.

Non Pontifex, non Principes,  
Etsi sciunt oracula  
Vatum, venisse nouerant  
Salutis autorem nouæ.

Sed dulcis hæc ELISABETH  
Et virginis congressio,  
Arcana promit cæteris  
Verè DEVM colentibus,

Aluoq; foetus conditus  
Longo Sacerdotum agmini  
Agnoscit ignotum Ducem,  
Adorat & gestu suo.

Hæc prima Synodus fuit  
Testata de CHRISTO Duce,  
Postquam statuto tempore  
Verbum Patris factū est caro.

Accensa testimonijs  
In corde nostro talibus,  
Colat

## Hymni.

Colat fides & inuocet

CHRISTVM Mariæ filium.

Opemq; spe firma petat,

Missumq; credat à Patre,

Vt inuocantes adiuuet,

Malisq; cunctis liberet,

A M E N.

## Alius de eodem Festo,

*Carmine Iambico Dimetro,*

*Pauli Eberi.*

**Q**Uàm læta perfert nuncia  
Dum Galixæis finibus

Relictis, cognatam suam

Procul MARIA visitat?

Quanto MARIAM gaudio

ELISARETH complectitur?

Quam scit, monente Spiritu,

Gestare promissum Ducem.

Qui conciliaturus DEO

Patri sit humanum genus,

Lapsu quod olim se graui

A conditore auerterat.

Quem flagitauerant Patres,

Multis

## Hymni.

48

Multis venire seculis,  
 Hunc matris inclusus suæ  
 Aluo IOHANNES excipit.

Et prædicare quem pia  
 Lingua nequit, mutus senex,  
 Hunc mente adorat, indicans  
 Gestu DEI præsentiam.

Hanc parua continet casa  
 Ecclesiæ turbam nouæ.  
 Quæ prima declarat ratum  
 Verbum DEI de semine.

Dum tentat Herodes suum  
 Firmare regnum cædibus,  
 Et helluatur Pontifex,  
 Piosq; Doctores necat.

*credibus*

Perinde nunc Ecclesiam  
 Arctæ tenent angustia,  
 Quam turbat aut erroribus  
 Aut cædibus dirus Draco.

Hanc tu, carentem robore,  
 Firmisq; defensoribus,  
 Tuere CHRISTE quæsumus  
 Laudes tuas. vt prædicet.

Hymn:

tis



Hymni.  
Hymnus de Maria

*Magdalena, Autore Geor-  
gio Fabricio.*

**M**Vndi secuta lubrica  
Blandæq; carnis noxia  
Dolendo suspirans Dei  
Supplex adorat Filium.  
Non ausa vultum tollere,  
Humi recumbit cernua,  
Pedes rigauit fletibus,  
Terfitq; muta crinibus.  
Cor clamat intus ad **DEVM**,  
Fidesq; pulsa intimum,  
Non abiicit suspiria  
**DEVS** pie gementium.  
Quæ plurimam, in **IHSV** Deo  
Confisa, spem locauerat,  
Iniusta iustum deprecans  
Fit iusta, crimen tollitur.  
**Te** **CHRISTE** nostra vox rogat,  
Remitte quod peccauimus.  
Seruare nos, non perdere,  
Tuo à Parente inissus es.  
Hymnus

Hymni 49

Hymnus de S. Laurentio

Ioach. Camerarius.

**F**esta Laurenti celebri per annum  
Lux redit Christi famuli dicata  
Nomini præbens memoranda fidei  
Martyris acta.

Quem nec instantis facies Tyranni,  
Nec mixta saui potuere Regis,  
In fide sancta stabili manentem  
Frangere mente.

Pontifex Roma pius, & paratus  
Vera doctrina proprio cruore  
Et sua Christi nece roborare  
Dogmata Syxtus.

Hunc iubet quondam sibi creditam rem  
Christiani diuitias peculi,  
Pauperum larga gregibus ferentem  
Tradere dextra.

Sed rapax sacris opibus Tyrannus  
Gestiens inferre manus auaras  
Mandat argenti sibi mox & auri  
Pondera promio.

Ergo crudelis Decij minister,  
Impij Regis furij adactus,  
Corripit sanctum Iuuenem, minisq;  
Tristibus urget.

Ni statim tecta preciosa Gaze

e Dona

## Hymni.

*Dona deportet, Latiosq; diuos  
More maiorum Generatus, aris  
Addat honores.*

*Ille thesauros grege conuocato  
Pauperum monstrat, fidei nefasq;  
Edocet quod sit violare CHRISTO  
Iura sacra.*

*Ergo non vix subito aduocatus  
Carnifex omnem mouet officinam,  
Inq; coniunctas tenero fatigat  
Corpore vires.*

*Texitur tandem scelerata crates  
Laminis ferri, luuonisq; sancti  
Nuda LAURENTI super alligati  
Membra reuincit.*

*Aestuans prunis rutilansq; flammis  
Subter hanc, ira rabidi furoris  
Seruiens, dirus rogos excitato  
Subditur igne.*

*Innocens vnum latus ille torret,  
Mentis ac fidens luuenis iubet se  
Verti, vt affata rabies Tyranni  
Parte fruatur.*

*Milites Christi manet iste finis  
Huius in mundi spacio, sed ex hac  
Excipit vita melior profectos  
Portio rerum.*

*Qui sequi Christum cupiunt Magistrum  
Es*

## Hymni.

50

Et pia rectam tenuisse vita  
Semitam, dura mala ferre sortis  
Multa necesse est.

Nunc tuum cætus minoris quotannis  
Nomen o Martyr, recolit fidelis  
Corde, te cantus meritis sonori  
Laudibus ornans.

Et simul Christo pia turba grates  
Omnis auctori peragit salutis,  
Qui tua Victor posuit perenne  
Morte trophæum.

Ille de elati solet hac triumphum  
Viribus semper ratione clarum  
Ducere, ac in debilitate robur  
Frangere mundi.

Maxime o rerum tibi laus sit auctor  
Et Pater, Sit laus tibi Christe filius.  
Et Deo laus sit tibi sancte, vero,  
Flatus, & Vni.

## De Angelis Sapphicon,

Philippi Melanthonis.

**D**icimus grates tibi summe rerum  
Conditor, Gnato tua quod ministros  
Flammeos finxit manus, Angelorum  
Agmina pura.

Qui tua lucis radys vibrantes,  
Te vident letis oculis, tuasq;

e 2

Hauri-

## Hymni.

Hauriunt Voces, sapientiâq;  
Fronte fruuntur.

Hos nec ignavum sinis esse vulgus,  
Nec per ingentes solitare frustra  
Aetheris tractus, temerè nec inter  
Ludere Ventos.

Sed subes Christo comites adesse  
Et pios cœtus hominum tueri,  
Qui tuas leges venerantur, atq;  
Discere curant.

Impÿs ardens odÿs & ira,  
Nam tuis castris Draco semper insert  
Bella, qui primus scelus atq; mortem  
Intulit orbi.

Hic domos, Urbes, tua templa, gentes,  
Et tua legis monumenta tota,  
Et bonos mores abolere tentat  
Funditus omnes.

Interim sed nos tegit Angelorum,  
Qua ducem Christum sequitur, catervas  
Atq; grassantis reprimat eruenta.  
Arma Draconis.

Angeli Lothon Sodoma tuentur,  
Inter infestos Eliseus hostes  
Angelis cinctus nihil extimescit  
Bellica signa.

Tutus est inter medios Leones  
Angelis septus Daniel Prophetæ,



## Hymni,

51

*Sic regit semper Deus his ministris  
Omnia nostra.*

*Hoc tuum munus celebramus vna  
Et tibi noster chorus, Angeliq;  
Grattas dicunt simul accinentes  
Conditor alme.*

*Et tuo templo vigiles Et addas  
Angelos semper, populoq; gnati  
Qui tui verbum colit, obsecramus  
Pectore toto.*

## De Angelis Hymnus,

Autore Iohanne Stigelio,

**A**ngelis hac est sacra lux, adeste  
Muneris tanti memores, Et omnis  
Hos Deo propter tribuens honorem  
Concio plaudat.

*Spiritus rerum Deus hos creator  
Finxit, atq; illis sapientis ignem  
Mentis adflavit, voluitq; recti  
Esse ministros.*

*Ergo versantur vigiles parentis  
Ante conspectum, capiuntq; lati  
Iussa mandantis, Dominoq; toto  
Aethere plaudunt.*

*Heu quod infesti rabies Draconis  
Angelis tantas monet vsq; pugnas*

e s

Qui

## Hymni.

Qui sciens primus proprio furore  
Perdidit orbem.

Ille funestis agitatus iris,  
Invidens Christo, fore iam minatur  
Iordanis totas sitiens Et alti  
Sorbeat undas.

Circuit mundum, fremit hic Et illuc,  
Fascinat mentes, variegat sudat  
Ut pios cultus abolere possit,  
Omnia turbat.

Dissipat leges, serit inter Urbes,  
Inter agnatos fera bella reges,  
Omne grassator scelus imparatis  
Mentibus inflat.

Concitat Ventos, subruitque nimbos,  
Grandines spargit, sata culta vastat,  
Insicit nubes, variisque sternit  
Corpora morbis.

Concitat saucos odijs Tyrannos,  
Ut fremant, Et bella pios minentur,  
Ut Deum oppugnent, misereque Christo  
Membra trucidant.

At pios Christo duce sub potente  
Ipse quorum omnes numerat capillos,  
Angeli servant reprimuntque sauum  
Fortiter hostem.

Non minus mundum peragrant Et ipsi,  
Et truci claudunt aditum draconi,  
Afferunt

# Hymni.

52

Afferunt Veros, retinentq; pugna  
Vindice cultus.

Conferunt pacem, cohibentq; lites,  
Pronehant leges, sacra iura firmant,  
Amouent morbos, referuntq; Christo,  
Vota piorum.

Liberant pressos, reprimunt Tyrannos,  
Ad latus nobis habitant, Et adsunt  
Ad caput semper vigilantes, pijsq;  
Cuncta ministrant.

Angelis septi pueros ministris  
Fulmen ardentis superant camino  
Angelis septus Daniel Leonum  
Effugit iram.

Angeli regnum Achazidis gubernant,  
Angeli Lothon Sodoma tuentur,  
Angelus cinctus nihil extimescit,  
Omnia vincit.

Angelis cura genus esse nostrum  
Qui Deum Verum colimus timore,  
Aspice, exemplis probat hac abunde  
Pluribus atas.

Quando crudeles alias Tyrannos  
Sanius dirus furor incitavit  
Vt sacro siccis repleant piorum  
Sanguine fauces?

At Verat cætus sacer Angelorum  
Qui pios circum volitant frequentes

## Hymni.

*Et manu nostros alacres in hostes  
Vindice pugnant.*

*Hinc nihil pactis Epicurus armis  
Qui sedet Roma, infatuatq; Reges,  
Hinc nihil nobis inimicus omnis  
Efficit hostis.*

*Quas tibi rerum sapiens Creator  
Grattas digno peragamus ore?  
Heu situm non est id in eloquentis  
Vllius ore.*

*Nos tuam ad viuam faciem creasti,  
Nos ab aeterna styge liberasti,  
Insuper nostro lateri ministros  
Caelitus addis.*

*Christe tu nostros animos gubernas,  
Ut tibi grati placeamus vni,  
Ne tuos vnquam viciosa ledaat  
Vita ministros.*

## De Angelis, alius

Hymnus.

**C**hriste sanctorum decus Angelo-  
rum,  
Autor humani generisq; rector,  
Supplices nobis tribuas  
Scandere caelum.

*Angelos sanctos iubeas vbiq;  
Esse custodes, vigilesq; nostros,*

*Impetus*

## Hymni.

53

*Impetus contra Satana malignos,  
Insidiasq̃.*

*Vt tuum Verbum doceatur aptè*

*Nulla peruersi Valeatq̃ seſta*

*Dogmatis, nostros pietate ficta*

*Fallere sensus.*

*Angelus quondam Michael triumphum*

*Regibus Persis reparauit, idem*

*Publicam pacem tueatur omni*

*Tempore nobis.*

*Angelus Vitam regat vniuersam,*

*Adiuuet nostros simul & labores,*

*Cuncta quò possint tibi comprobari*

*Christe precamur.*

*Praestet hoc nobis Deitas beata*

*Patris, Nati, pariterq̃ sancti*

*Spiritus, cuius reboant per omnem*

*Gloria mundum.*

### Alius Hymnus, de An-

*gelis, & με ἱε.*

**D**E V M precemur supplices

*Vt corda nostra excitet,*

*Ad agnoscendam gratiam*

*Nobis ab ipso præbitam.*

*Quòd verbum filij sui,*

*Mundo remisit perditò,*

*e s*

*Et flu-*

## Hymni.

Et fluctuanti tenebris,  
Queis iactabamur miseri.  
Nec intra modum bonitas  
Ista tam ingens constitit,  
Sed luce clara micuit,  
Fædosq; errores dispulit.  
Et vt credentes firmiter  
Tuti uiuant periculis,  
Angelico præsidio  
Munit pios tutissimo.  
Hos puros finxit spiritus  
DEVS, vt essent comites  
Suis semper fidelibus,  
Quorum gressus dirigerent.  
Quapropter eius maximam  
In nos miremur gratiam  
Boniq; sumus filij  
Patris nostri tam optimi.  
Quem mente pura colere  
Nitamur summis viribus,  
Ne consequamur præmia  
Cum perditis Spiritibus.  
IESVM patronum optimum  
Nobis

Hymni.

54

Nobis adesse petimus,  
Quò nos pro sua gratia  
Perducat ad coelestia.

A M E N.

Alius Hymnus de

*Apostolis.*

**E**Xultet vera Ecclesia  
Magnis in fide gaudijs  
Apostolorum quoties  
Sacra canit solennia.  
Nam sine ipsorum meritis  
Christus ex mera gratia  
Vocavit illos simplices  
Ad sui Verbi studium.  
Ut per ipsos confunderet  
Humanam sapientiam,  
Et homines pertraheret  
Ad fidei iusticiam.  
Hos statuit pro patribus ,  
Per totum orbem Principes  
Ad subiugandum Impios  
Virtute Verbi spiritus.  
Docebant CHRISTVM igitur  
e 6      Esse,

## Hymni.

Esse, per quem oporteat  
Seruari nos ab Inferis  
Vitamq̄ æternam consequi.  
Quapropter multa passi sunt  
Tormenta & opprobria,  
Ab impijs hominibus,  
In hoc præsentí seculo.  
Sed nunc viuunt perpetuò  
In cœlis, & cum venerit  
Christus in fine temporum,  
Tunc erunt mundi iudices.  
Precamur ergò supplices  
Te Christe, vt nos integros  
In simplici retineas  
Apostolorum dogmate.  
Ne nostras mentes operum  
Falsa doctrina capiat,  
Vel scandala absterreant,  
A vero Euangelio,  
Vt cum Iudex adueneris  
In fine huius seculi  
Nos sempiterni gaudiij  
Facias esse compotes.  
Amen.

Hyº



Hymni. 55  
Hymnus de Marty-  
ribus ἀμερῶ. 

**R** Ex gloriose Martyrum  
Corona confitentium  
Qui es in te credentium,  
Via, vita & veritas.

Aurem benignam protinus  
Adpone nostris precibus  
Esto nobis propicius,  
Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis Martyribus  
Mundi furentis impetum,  
Et donas illis animum  
Constantem in periculis.

Velut infirma vascula,  
Ictus inter lapideos,  
Videntur sancti Martyres  
Sed fide durant fortiter.

Non fidunt suis meritis,  
Sed sola tua gratia  
Agnoscent se persistere  
In tantis cruciatibus.

## Hymni.

Sic cohæredes gaudiij  
Sunt passionum focij,  
Et membra dolent pariter,  
Exemplo sui capitis.  
Quicumq; vere pij sunt,  
Illos oportet ingredi  
Per cruces & molestias,  
In vitæ æternæ requiem.

Debentur DEO gratiæ,  
Quod verbum sui Filij  
Confirmat in Martyribus,  
Virtute sancti Spiritus.

DEO Patri sit gloria,  
Eiusq; soli Filio,  
Cum Spiritu Paracleto  
Et nunc & in perpetuum,  
A M E N.

## Hymnus nocturnus,

*Iambicum Dimetrum, S.*

*Ambrosij.*

**S**omno relictis artibus,  
Spreto cubili surgimus,  
Nobis pater canentibus

Adesse

## Hymni.

56

Adesse te deprecamur.  
Te lingua primum concinat  
Te mentis ardor ambiat,  
Ut actuum sequentium  
Tu sancte sis exordium.  
Cedant tenebræ lumini  
Et nox diurno sideri,  
Ut culpa quam nox intulit  
Lucis labascet munere.  
Precamur idem supplices  
Noxas ut omnes amputes,  
Et ore te canentium  
Lauderis in perpetuum.

## Hymnus ad primam

*cum mane surgis, Iambicum Dimetrum, Ambrosij.*

**I**am lucis orto sidere,  
**D**EV M precemur supplices,  
Ut in diurnis actibus  
Nos seruet à nocentibus.  
Linguam refrenans temperet,  
Ne litis horror insonet:

Visum

## Hymni,

Visum fouendo contegat  
Ne vanitates hauriat,  
Sint pura cordis intima  
Abstinet & vecordia,  
Carnis terat superbiam,  
Potus cibiq; parcitas,  
Ut cum dies abscesserit,  
Noctemq; fors reduxerit,  
Mundi per abstinentiam  
Ipsi canamus gloriam,  
Deo Patri sit gloria,  
Eiusq; soli Filio,  
Cum Spiritu paraclete  
Nunc & per omne seculum.

A M E N.

## Ad Tertiam. Carmen

vt præcedens, Ambrosij.

**N**unc sancte nobis Spiritus  
Unum Patri cum Filio,  
Dignare promptus ingeri,  
Nostro profusus pectori.  
Os, Lingua, Mens, Sensus, Vigor,  
Confessionem personent,  
Flamme

Hymni.

57

Flammescat igne charitas,  
Accendat ardor proximos.

Præsta Pater pñssime,  
Patriq; compar vnice,  
Cum Spiritu Paraclete,  
Nunc & per omne seculum.  
A M E N.

Ad Sextam, Eodem car-  
mine, Ambrosius autor.

**R**ector potens, verax **D E V S**,  
Qui temperas rerum vices,  
Splendore qui manè instruis  
Et ignibus meridiem.

Extingue flammam litium,  
Aufer calorem noxium,  
Confer salutem corporum,  
Veramq; pacem cordium.  
Præsta Pater &c.

Ad Nonam, Simile Car-  
men eiusdem S. Ambrosij.

**R**erum **D E V S** tenax vigor,  
Immotus in te permanens,  
Lucis

## Hymni.

Lucis diurnæ tempora  
Successibus determinans.

Largire clarum vespere  
Quo vita nusquam decidat,  
Sed præmium mortis sacræ  
Perennis instet gloria  
Præsta &c.

## Ad Completorium ca-

*dente Sole carmen Iambicum*

*Dimetrum.*

**T**E lucis ante terminum,  
Rerum creator poscimus  
Ut pro tua clementia  
Sis præful ac custodia.  
Procul recedant somnia,  
Et noctium phantasmata,  
Hostemq; nostrum comprime,  
Ne polluantur corpora,  
Præsta &c.

## Alius Hymnus.

**I**Es v redemptor Seculi  
Altissimi Verbum Patris  
Lux

Hymni

58

Lux lucis inuisibilis,  
Custos tuorum peruigil.  
Tu fabricator omnium,  
Discretor atq; temporum  
Labore fessa corpora  
Noctis quiete recrea.

Te deprecamur supplices  
Ut nos ab hoste liberares,  
Ne nos queat seducere

TVO REDemptos SAN-  
GVINE.

Ut dum grauati corpore,  
Breui manemus tempore,  
Sic nostra dormiat caro,  
Ut mens soporem nesciat.

Sit CHRISTE Rex pijsime  
Tibi Patriq; gloria,  
Cum Spiritu Paraclete,  
Et nunc & in perpetuum.

AMEN.

Chori-

Hymni.  
Choriambicum Pruden-

tij, quando incenditur vespere  
lumen.

**I**Nuentor rutili dux bone luminis,  
Qui certis vicibus tempora diuidis.  
Merso sole chaos ingruit horridū,  
Lumen redde tuis Christe fidelibus.  
Quamuis innumero sidere regiam,  
Lunariq; polum lampade pinxeris.  
Incussu silicis lumina nos tamen  
Monstras saxigeno semine quærerere.  
Ne nesciret homo spem sibi luminis  
In Christi solido corpore conditam.  
Qui dici stabilem se voluit petram  
Nostris igniculis vnde genus venit.  
Pinguis quos olei rore madentibus  
Lychnis ac facibus pascimus aridis,  
Quin & fila fauis scirpea floreis,  
Presso melle prius collita tingimus.  
Viua flammas viget, ceu caua testula  
Succum linteolo suggerit ebrio,  
Seu pinus piceam fert alimoniam  
Seu ceram teretem stuppa calenis  
bibit. Splen-



Hymni. 59

Splendent ergo tuis muneribus Pater.  
Flammis mobilibus scilicet atria,  
Absentemq; diem lux agit æmula,  
Quam nox cum lacero victa fugit  
peplo.

Per Christum genitū summe Pater tuū.  
In quo visibilis stat tibi gloria,  
Qui noster Dominus, qui tuus vnicus  
Spirat de Patrio corde Paracletum.

Per quem splendor, honos, laus, sapiētia,  
Maestas, bonitas & pietas tua,  
Regnum continuat numine triplici.  
Texens perpetuis secula seculis.

A M E N.

SEQVNTVR

HYMNI SEPTEM DE

tempore, in quibus per totam hebdomadam  
singula opera creationis illius  
dñi commemorantur.

Die Dominico, de opere

primæ diei, Carmen Iambicum

Dimetrum beati Gregorij.

I. uicis

## Hymni.

**L**vcis Creator optime,  
Lucem dierum proferens,  
Primordijs lucis nouæ  
Mundi parans originem.  
Qui manè iunctum vesperi  
Diem vocari præcipis,  
Tetrum chaos illabitur  
Audi preces cum fletibus.  
Ne mens grauata crimine,  
Vitæ sit exul munere,  
Dum nil perenne cogitat  
Seseq̃ culpis illigat.  
Cœlorum pulset intimum  
Vitale tollat præmium,  
Vitemus omne noxium,  
Purgemus omne pessimum.  
Præsta Pater per Filium,  
Præsta per alium Spiritum,  
Cunctum per æuum triplici  
Vnus deus cum Numine.  
Feria Secunda. Iambi-

*cum Dimetrum, de opere  
secunda diei.*

**Immense**

**I**mmense cœli conditor  
 Qui mixta ne confunderet  
 Aquæ fluenta diuidens,  
 Cœlum dedisti limitem.  
 Firmans locum cœlestibus,  
 Simulq; terræ riuulis,  
 Vt vnda flammæ temperet,  
 Terræ solum ne dissipent.  
 Infunde nunc pijsime,  
 Donum perennis gratiæ.  
 Fraudis nouæ ne casibus,  
 Nos error atterat vetus,  
 Lucem fides inueniat,  
 Sic luminis iubar ferat,  
 Vt vana cuncta terreat,  
 Hanc falsa nulla comprimant.

Feria Tertia. Iambicum

*Dimetrum, de opere ter-  
tia die.*

**T**elluris ingens conditor,  
 Mundi solum qui detegens,  
 Pulsis Aquæ molestijs  
 Terram dedisti immobilem.

Vt

## Hymni.

Vt germen aptum proferens,  
Fuluis decora floribus  
Fœcunda fructu sifteret  
Pastumq; gratum redderet.  
Mentis perustæ vulnera  
Munda virore gratiæ,  
Vt facta fletu diluat,  
Motusq; prauos atterat.  
Iussis tuis obtemperet,  
Nullis malis, approximet,  
Bonis repleti gaudeat,  
Et mortis ictum nesciat.  
Præsta &c.

## Feria Quarta. Dimetrum *de opere Quarta diei.*

**C**Oeli DEVS sanctissime,  
Qui lucidum centrum poli  
Candore pingis igneo,  
Augens decoro lumine.  
Quarto qui die flammeam  
Solis rotam constituens,  
Lunæ ministras ordini

Vagos

# Hymni.

61

Vagos recursus siderum.  
Vt noctibus vel lumini  
Diremptionis terminum  
Primordijs & mensium  
Signum dares notissimum,  
Illumina cor hominum,  
Absterge sordes mentium,  
Resolue culpæ vinculum,  
Euerte moles criminum.  
Præsta Pater &c.

## Feria Quinta. Iambicum

*Dimetrum, de opere Quin-  
ta dies.*

**M**agnæ DEVS potentiaë  
Qui ex aquis ortū genus  
Partim remittis gurgiti,  
Partim leuas in aëra.  
Demersa lymphis imprimens,  
Subiecta cœlis irrogans,  
Vt stirpe ab vna prodita,  
Diuerfa rapiant loca,  
Largire cunctis seruulis,  
Quos mundat vnda sanguinis,  
f Nescire

## Hymni.

Nescire lapsus criminum  
Nec ferre mortis tædium,  
Vt culpa nullum deprimat,  
Nullum leuet iactantia,  
Elisa mens ne concidat,  
Elata mens ne corruat.

Præsta Pater &c.

### Feria Sexta. Iambicum

*Dimetrum, de opere Sex-  
ta diei.*

**P**lasmator hominis Deus  
Qui cuncta solus ordinans,  
Humum iubet producere  
Reptantis & feræ genus.  
Qui magna rerum corpora  
Dicto iubentis viuida,  
Vt seruiant per ordinem  
Subdens dedisti homini,  
Repellito à seruis tuis,  
Quicquid per immunditiam  
Aut moribus se suggerit,  
Aut actibus se interferit,  
Da gaudiorum præmia

Da

Hymni,

62

Da gratiarum munera,  
Dissolue litis vincula,  
Astringe pacis foedera.  
Præsta Pater &c.

Sabbato, Iambicum

*Dimetrum.*

**D**Eus Creator omnium  
Policq; rector vestiens  
Diem decoro lumine,  
Noctem soporis gratia,  
Artus solutus ut quies  
Reddat labores vsui  
Mentesq; fessas alleuet,  
Luctusq; soluat anxios.  
Grates peracto iam die,  
Et noctis exortu preces  
Voti ( reos ut adiuues )  
Hymnum canentes, soluimus.  
Te cordis ima concinant,  
Te vox canora concrepet,  
Te diligat castus pudor,  
Te mens adoret sobria.

f 2

Vt

## Hymni.

Vt cum profunda clauserit  
Diem caligo noctium,  
Fides tenebras nesciat,  
Et nox fideli luceat.

Dormire mentem ne sinas,  
Dormire culpa nouerit,  
Castos fides refrigerans  
Somni vaporem temperet.

Exuta sensu lubrico  
Te cordis alta somnient,  
Ne hostis inuidi dolo  
Pauor quietos suscitet.

CHRISTVM rogemus & Patrē,  
CHRISTI Patrisq; Spiritum,  
Vnus potens per omnia  
Foue precantes Trinitas.

A M E N.

## Finis Hymnorum.

Sequun-



## SE QV VNTVR

ORATIONES ECCLE-  
siasticæ, per totum Annum, quas vulgo  
Collectas vocant, quæ spirant ad-  
huc Christianam & Ca-  
tholicam Eccle-  
siam,

## DE TEMPORE.

DOMINICA I,  
*Aduentus.*

Vers. Vias tuas DOMINE de- Psal. 24.  
monstra mihi.

Res. Et semitas tuas doce me.

**E**xcita quęsumus Domine po-  
tentiam tuam, & veni, vt ab  
imminentibus peccatorũ nostro-  
rum periculis te mereamur prote-  
gente eripi, & te liberante saluari,  
Qui cum Patre & Spiritu sancto  
viuis & regnas DEVS, per omnia  
secula seculorum, Amen.

DOMINICA II.

f 3

Vers.

## Orationes.

Pfal. 43.

Vers. Ex Siō species decoris eius,  
Res. Deus manifestè veniet.

**E**Xcita DOMINE corda nostra  
ad preparandas vnigeniti tui  
vias, vt per eius aduentum puri-  
ficatis tibi mentibus seruiamus,  
Qui viuis & regnas &c.

### DOMINICA III.

Pfal. 105.

Vers. Memento nostri Domine  
in beneplacito populi tui.

Res. Visita nos in salutari tuo.

**A**Vrem tuam quæsumus Do-  
mine precibus nostris ac-  
commoda, & mentis nostræ tene-  
bras gratia tuæ visitationis illu-  
stra, Per Dominum nostrum &c.

**C**ONcede quæsumus Omnia-  
potens Deus, vt qui sub pec-  
cati iugo ex vetusta seruitute de-  
primimur, expectati vnigeniti  
Filij tui noua natiuitate libera-  
mur, Per eundem &c.

DO

Orationes, 64

DOMINICA IIIII.

Ver. Nolite timere Pusillanimes. *Esaiæ 35.*  
Ref. Deus noster veniet & salua-  
bit nos.

**E**Xcita quæsumus Domine  
potentiam tuam, & veni, &  
magna nobis virtute succurre, vt  
per auxilium gratiæ tuæ quod  
nostra peccata prepediunt, indul-  
gentia tuæ propitiationis accele-  
ret, Qui viuis &c.

IN DIE NATIVI-

*tatis Christi.*

Verf. Puer natus est nobis.  
Ref. Et Filius datus est nobis. *Esaiæ 9.*

**D**Eus qui sacratissimam no-  
ctem veri luminis illustrati-  
one fecisti clarescere: da quæsu-  
mus, vt cuius lucis mysteria in  
terra cognouimus, eius quoque  
gaudijs in cœlo perfruamur, Qui  
tecum viuit, &c.

f 4

DA

Orationes.

**D**A quæsumus omnipotens  
DEVS, vt qui noua incarna-  
ti Verbi tui luce perfundimur,  
hoc in nostro resplendeat opere,  
quod per fidem fulget in mente,  
Per Dominum &c.

Iohan. 1.

Vers. Verbum caro factum est  
Alleluia.

Res. Et habitauit in nobis Ala-  
leluia.

**C**ONcede quæsumus Omni-  
potens DEVS, vt nos vnige-  
niti tui noua per carnem Natiui-  
tas liberet, quos sub peccati iugo  
vetusta seruitus tenet, Per Domi-  
num &c.

*DOMINICA I. POST NA-  
tuitatis Christi.*

Pfal. 92.

Vers. DOMINVS regnauit, des-  
corem indutus est.

Res. Indutus est DOMINVS for-  
titudinem et præcinxit se.

Omnia

Orationes. 65

**O**mnipotens sempiternae De-  
us, dirige actus nostros in  
beneplacito tuo, vt in nomine di-  
lecti Filij tui mereamur bonis o-  
peribus abundare, Per eundē &c.

*IN DIE EPIPHANIAE.*

Vers. Tria munera obtulerunt *Matth. 2.*  
Magi.

Res. Aurū, Thus & Myrrham.

**D**eus qui hodierna die vnige-  
nitum tuum gentibus stella  
duce reuelasti, concede propitius,  
vt qui te iam ex fide cognoui-  
mus, vsque ad contemplandam  
speciem tuæ Celsitudinis perdu-  
camur, Per eundem &c.

*DOMINICA I. POST  
Epiphaniae.*

Vers. Notum fecit Dominus *Psalm. 97.*  
salutare suum.

Res. In conspectu gentium re-  
uelauit iusticiam suam.

**V**Ota nostra *DOMINE* sup-  
plican-

## Orationes.

placantis populi tui coelesti pietate prosequere, ut ea quæ agenda sunt, videant, & ad implenda quæ viderint conualescant, Per Dominum &c.

### DOMINICA II.

Psal. 85.

Vers. Omnis terra adoret te Deus.

Res. Et Psalmum dicat nomini tuo Altissime.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui coelestia simul & terrestria moderaris, supplicationes nostras elementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus, Per Dominum &c.

### DOMINICA III.

Psal. 26.

Vers. Dominus regnavit exultet terra.

Res. Lætentur insulæ multæ.

**O**Mnipotens & æterne Deus, infirmitatem nostrā propiti-  
tuis

Orationes, 66

tius respice, atq; ad protegendum  
nos dexteram tuæ Maiestatis ex-  
tende, Per Dominum &c.

DOMINICA IIII.

Vers. Domine exaudi oratio- Psal. 101.  
nem meam,

Res. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

**D**Eus qui nos in tantis pericu-  
lis constitutos pro humana  
scis fragilitate non posse subsiste-  
re, da nobis salutem mentis &  
corporis, vt ea quæ pro peccatis  
nostris nos affligunt, te adiuuante  
vincamus, Per Dominum &c.

DOMINICA V.

Vers. Domine exaudi oratio- Psal. 101.  
nem meam.

Res. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

**F**amiliam tuã quæsumus Do-  
mine continua pietate custodi

f 6 vt

## Orationes.

vt quæ sola spe gratiæ cœlestis in-  
nititur, tua semper protectione  
muniatur, Per &c.

### DOMINICA VI.

Psal. 101. Vers. Domine exaudi orationem  
meam &c.

**C**onserua populum tuum  
Deus, & tuo nomini fac des-  
uotum, vt diuinis subiectus offi-  
cijs, et temporalia vtiliter, & æter-  
na dona feliciter percipiat, Per  
Dominum &c.

### DOMINICA SEPTVA- gesima.

Psal. 17. Vers. Diligam te Domine vira-  
tus mea.

Res. Dominus firmamentum  
meum, & refugium meum  
liberator meus.

**P**Reces populi tui quæsumus  
Domine clementer exaudi, vt  
qui iuste pro peccatis nostris affli-  
gimur, pro tui nominis gloria  
miseri-



Orationes. 67

misericorditer liberemur, Per Dominum &c.

DOMINICA SEXAGESIMA.

Vers. Exurge DOMINE adiuua nos, Psal. 43.

Res. Et redime nos propter nomen sanctum tuum.

**D**Eus qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius, vt contra omnia mundi pericula, & Diaboli tentationes tua benignitate muniamur, Per Dominum &c.

DOMINICA QVINQUAGESIMA.

Vers. In te Domine speraui, non confundar in æternum. Psal. 30.

Res. In iusticia tua libera me.

**P**Reces nostras quæsumus Domine clementer exaudi, atq; à peccatorum vinculis absolutos ab omni nos aduersitate custodi, Per Dominum &c. f 7 Do-

## Orationes.

### DOMINICA I. *Quadragesima.*

Pfal. 90. Vers. Inuocauit me, & ego ex-  
audiam,  
Res. Eripiam eum, & glorifica-  
cabo eum.

**D**Eus qui peccatis nostris of-  
fenderis, & poenitentia atq;  
fide in Iesum Christum Filium  
tuum placaris, preces populi tui  
supplicantis propitius respice, &  
flagella tuæ iracundiæ, quæ pro  
peccatis nostris meremur, auerte,  
Per eundem Dominum &c.

### DOMINICA II. *Quadragesima.*

Pfal. 24. Vers. Ad te Domine leuavi a-  
nimam meam,  
Res. Deus meus in te confido,  
non erubescam.

**D**Eus qui conspicias omni nos  
virtute destitui, interius ex-  
teriusq;

Orationes. 68

teriusq; custodi, vt ab omnibus  
aduersitatibus muniamur in cor-  
pore, & à prauis cogitationibus  
mundemur in mente, Per Domi-  
num &c.

**D**Eus qui delinquentes perire  
non pateris, donec conuers-  
tantur & viuant, debitam quæsu-  
mus peccatis nostris suspende  
vindictam, et præsta propitius, ne  
dissimulatio cumulet ultionem,  
sed tua pro peccatis misericordia  
semper abundet, Per &c.

*DOMINICA III.*

*Quadragesima.*

Vers. Ad te leuavi oculos meos.

Ref. Qui habitas in cœlis.

*Psal 122.*

**Q**uæsumus omnipotens De-  
us vota humilium respice  
atq; ad defensionem nostram  
dexteram tuæ Maiestatis exten-  
de, Per &c.

DO-

Orationes.

DOMINICA IIII.  
Quadragesima.

Psal. 18.

Vers. Ab occultis munda me  
Domine,

Res. Et ab alienis parce seruo  
iuro.

**C**Oncede quæsumus Omni-  
potens Deus, vt qui ex meri-  
to nostræ actionis affligimur, tuæ  
gratiæ consolatione respiremus,  
Per &c.

DOMINICA V.

Psal. 18.

Vers. - Coeli enarrant gloriam  
Dei,

Res. Et opera manuū eius an-  
nunciat firmamentum.

**D**Eus qui ineffabilibus mun-  
dum renouas sacramentis,  
præsta quæsumus, vt plebs tua te  
largiente temporalibus non desti-  
tuatur auxilijs, & te seruante æter-  
nis proficiat institutis, Per &c.

DO.

Orationes. 69

*DOMINICA VI.*

Vers. Domine ne longè facias <sup>Psal. 21,</sup>  
auxilium tuum à me.

Res. Ad defensionem meam  
respice.

**O**Mnipotens sempiterne De-  
us, qui humano generi ad  
imitandum humanitatis exem-  
plum, Salvatorem nostrum carnē  
sumere & crucem subire fecisti,  
concede propitius, vt & patientiē  
ipsius habere documenta, & re-  
surrectionis consortia mereamur,  
Per eundem &c.

GOLLECTÆ

*PER HEBDOMADAM*

*Passionis Domini.*

I.

Vers. Iudica Domine nocentes <sup>Psal. 34.</sup>  
me.

Res. Expugna impugnantes  
me.

Da

Orationes.

**D**A quæsumus omnipotens  
Deus, vt qui in tot aduersis  
ex nostra infirmitate deficiamus,  
intercedente Vnigeniti tui passi-  
one respiremus, Per eundem &c.

*A L I A.*

Philip. 2.

**V**ers. **C**H R I S T V S factus est  
pro nobis obediens vsq[ue]  
ad mortem.

**R**es. Mortem autem crucis.

**O**R E M V S. Respice quæsumus  
Domine super hanc fa-  
miliam tuam, pro qua Dominus  
noster Iesus Christus non dubi-  
tauit tradi manibus nocentum, &  
crucis subire tormentum, Qui tea-  
cum &c.

*I I.*

Psal 142.

**V**ers. Eripe me de inimicis  
meis,

**R**es. Domine ad te confugi.

**O**Mnipotens æterne Deus, da  
nobis ita Dominicæ passio-  
nis

Orationes. 70

nis sacramenta peragere, vt peccatorum nostrorum indulgentiam percipere mereamur, Per eundem &c.

III.

Vers. Domine exaudi orationem meam, &c. Psal. 101.

**D**Eus qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, vt per eiusdem Filij tui passionem à morte perpetua liberemur, Amen.

IIII.

Vers. Caro mea verè est cibus. Iohan. 6.

Ref. Et sanguis meus verè est potus.

**D**Eus qui nobis sub sacramēto mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus ita nos corporis et sanguinis sacra

## Orationes.

sacra mysteria venerari, vt redem-  
ptionis tuæ fructum in nobis iu-  
giter sentiamus, Qui viuus &c.

V.

Rom. 8.

Verf. Proprio Filio suo non  
pepercit Deus,

Ref. Sed pro nobis omnibus  
tradidit illum.

**D**omine Iesu Christe, qui  
confixus clavis & suspensus  
pro redemptione generis humani  
proprium sanguinem fudisti, mi-  
serere nobis oppressis facinore &  
sordidatis, & præsta per sanctissimam  
passionem & mortem tuam,  
contra omnes Diaboli & pec-  
catorum insidias nos tuearis, qui  
mortuus es, & resurrexisti, & vi-  
uis Deus, per omnia secula bene-  
dictus.

VI.

Iudith. 16.

Verf.

DOMINVS conterens  
bella,

Ref.



Orationes.

71

Ref. DOMINVS nomen illi.

**D**Eus qui nos ad celebrandū  
Paschale Sacramentum vs-  
triusq; Testamenti paginis instrue-  
is, da nobis intelligere misericor-  
diam tuam, vt ex perceptione  
præsentium munerum firma sit  
expectatio futurorum, Per Do-  
minum &c.

IN DIE PASCHÆ

Verf. Surrexit Dominus verè <sup>Lucæ 24.</sup>  
Alleluia,

Ref. Et apparuit Simoni, Alle-  
luia.

VEL.

Verf. CHRISTVS resurgens <sup>Rom. 6.</sup>  
ex mortuis iam non mo-  
ritur, Alleluia.

Ref. Mors illi vltra non domi-  
nabitur, Alleluia.

O REMVS.

**D**Eus qui per mortem Filij tui  
pecca-

## Orationes.

peccatum & mortem destruxisti,  
& per resurrectionem eius iustici-  
am & vitam æternam donasti, vt  
à potestate Diaboli liberati in tuo  
regno viueremus, concede nobis  
vt hæc firmiter credentes & in fi-  
de perseuerantes tibi semper gras-  
tias agamus, Per eundem &c.

Vers. In resurrectione tua Chris-  
te,

Res. Cœlum & terra lætentur,  
Alleluia.

**D**Eus qui per vnigenitum tu-  
um æternitatis nobis aditū  
deuicta morte reserasti, vota no-  
stra quæ præueniendo aspiras, et-  
iam adiuuando prosequere, vt &  
perfectam libertatem consequi  
mereamur, & ad vitam proficia-  
mus æternam, Per &c.

**D**Eus qui hodiernum diem  
gloria Dominicæ resurrectio-  
nis illustras, conserua in nouæ  
familia

Orationes. 72

familiæ tuæ progenie adoptionis  
spiritum quem dedisti, vt mente  
& corpore renouati, puram tibi  
exhibeat seruitutem, Per Domi-  
num &c.

*DOMINICA I.  
post Pascha.*

Vers. Pascha nostrum immola- *1. Corint. 5.*  
tus est Christus.

Res. Epulemur in azymis sin-  
ceritatis & veritatis.

**D**Eus qui Ecclesiam tuam no-  
uo semper foetu multiplicas  
da famulis tuis, vt Sacramentum  
viuendo teneant, quod fide per-  
ceperunt, Per Dominum &c.

II.

Vers. Confitemini Domino *Psal. 117.*  
quoniam bonus.

Res. Quoniam in seculum mi-  
sericordia eius.

Deus

## Orationes.

**D**Eus qui in Filij tui humili-  
tate iacentem mundum ere-  
xisti, fidelibus tuis perpetuam  
concede læticiam, vt quos perpe-  
tuæ mortis eripuisti casibus, gau-  
dijs facias sempiternis perfrui,  
Per Dominum &c.

III.

Pfal. 66.

**Vers.** Iubilate Deo omnis terra,  
Alleluia.

**Res.** Psalmum dicite nomini  
eius, Alleluia.

**D**Eus qui errantibus, vt in vi-  
am possint redire iusticiæ,  
veritatis tuæ lumen ostendis, da  
cunctis qui Christiana professio-  
ne censentur, & illa respuere quæ  
huic inimica sunt nomini, & ea  
quæ sunt apta sectari, Per Domi-  
num &c.

IIII.

Pfal. 97.

**Vers.** Cantate Domino cantu-  
cum nouum Alleluia.

**Res.**

Orationes. 73

Ref. Quia mirabilia fecit Alleluia.

**D**Eus qui fidelium mentes uariius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, ut inter mundanas varietates, tibi nostra fixa sint corda, ubi uera sunt gaudia, Per &c.

V.

Vers. Vocem iucunditatis annunciate, Alleluia. Esaiæ 48.

Ref. Quoniam liberauit Dominus populum suum, Alleluia.

**D**Eus à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus, Per &c.

IN DIE ASCENSIONIS.

Vers. Ascendit Deus in iubilatione, Alleluia. Psal. 46.

g Ref.

## Orationes.

Ref. Et Dominus in voce tubæ, Alleluia.

V E L.

Ephes, 4. Vers. Ascendens Christus in altum, Alleluia.

Ref. Captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, Alleluia.

**C**ONcede quæsumus omnipotens Deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum coelos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in coelestibus cohabitemus Per Dominum &c.

**D**Eus cuius Filius in alta caelorum potenter ascendens, captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuam, tribue quæsumus vt dona quæ suis participibus contulit, largiatur & nobis Dominus noster Iesus Christus, Qui tecum &c.

D O

Orationes. 74

DOMINICA POST  
Ascensionis Domini.

Vers. DOMINVS illuminatio <sup>Pfal. 26.</sup>  
mea.

Ref. Et salus mea quem time-  
bo?

**O**Mnipotens sempiterne De-  
us, fac nos tibi semper & de-  
uotam gerere voluntatem, & Ma-  
iestati tuæ sincero corde seruire,  
Per Dominum &c.

IN DIE PEN-  
TECOSTES.

Vers. Cor mundum crea in me <sup>Pfal. 50.</sup>  
Deus, Alleluia.

Ref. Et spiritum rectum inno-  
ua in visceribus meis,  
Alleluia.

O R E M V S.

**D**Eus qui hodierno die corda  
fidelium sancti Spiritus illu-  
stra-

g 2 stra-

## Orationes.

stratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius consolatione semper gaudere,  
Per Christum &c.

Acto. 2.

Ver. Loquebantur varijs linguis  
Apostoli magnalia Dei.

**P**Ræsta quesumus omnipotens  
Deus, vt claritatis tuæ super  
nos splendor effulgeat, & lux tuæ  
lucis corda eorum, qui per gratiam  
tuam renati sunt, sancti Spiritus  
illustratione confirmet, Per  
Dominum &c.

## IN DIE TRINI- TATIS.

Verf. Benedicamus Patrē & Filiū  
cum sancto Spiritu.

Res. Laudemus & superexaltemus  
eum in secula.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
qui dedisti famulis tuis  
in confessione veræ fidei æternæ  
Trinitatis



Orationes. 75

Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis, Per Dominum &c.

DOMINICA I. POST  
*Trinitatis.*

Vers. Domine in misericordia Psal. 124.  
tua speraui.

Ref. Et exultauit cor meum in  
salutari tuo.

**D**Eus sperantium fortitudo,  
adesto propitius inuocatio-  
nibus nostris, vt quia sine te nihil  
potest mortalis infirmitas, præsta  
auxilium gratiæ tuæ, vt in exe-  
quendis mandatis tuis, & volun-  
tate tibi & actione placeamus.  
Per Dominum nostrum Iesum  
Christum Filium tuum, qui te-  
cum viuít & regnat in vnitare

g 3 Spirite

## Orationes.

Spiritus sancti Deus, Per omnia  
secula seculorum, Amen.

### II.

**Psal. 17.** Vers. Diligam te Domine vir-  
tus mea,

Ref. Dominus firmamentum  
meum & refugium me-  
um.

**S**ancti nominis tui Domine  
stimorem pariter & amorem  
fac nobis habere perpetuum, quia  
nunquā tua gubernatione destituis,  
quos in soliditate tuæ dilectionis  
instituis, Per Dominum nostrū,  
&c.

### III.

**Phil. 24.** Vers. Respice in me & miserere  
mei.

Ref. Quoniam vnicus & pau-  
per sum ego.

**P**rotector noster in te speran-  
tium Deus, sine quo nihil est  
validum,

Orationes, 76

validum, nihil sanctum, multiplici-  
ca super nos misericordiam tu-  
am, vt te rectore, te duce, sic trans-  
eamus per bona temporalia, vt  
non amittamus æterna, Per Do-  
minum &c.

IIII.

Vers. Adiuua nos Deus salu<sup>r</sup> Psal. 78  
taris noster,

Ref. Et propter honorem no-  
minis tui Domine libe-  
ra nos,

**D**A nobis quæsumus, vt &  
mundi cursus pacificè nobis  
tuo ordine dirigatur, & Ecclesia  
tua tranquilla deuotione lætetur,  
Per Dominum &c.

V.

Vers. Protector noster aspice Psal. 87  
Deus,

Ref. Et respice super seruos  
tuos,

g 4

Deus

## Orationes.

**D**Eus qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, ut te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium exuperant, consequamur, Per Dominum &c.

### VI.

Psal. 27.

Verf. Dominus fortitudo plebis suæ,

Ref. Et protector saluationū Christi sui est.

**D**Eus virtutum, cuius est totum quod est optimum, infere pectoribus nostris amorem tui nominis, & præsta nobis religionis augmentum, ut quæ bona sunt nutrias, ac pietatis studio quæ sunt nutrita custodias, Per Dominum &c.

### VII.

Psal. 46.

Verf. Omnes gentes plaudite manibus.

Ref.



## Orationes.

tuæ Domine precibus supplican-  
tium, & vt petentibus desiderata  
concedas., fac eos quæ tibi sint  
placita postulare. Per Dominum  
&c.

### X.

*Psal. 21.* Vers. Dum clamarem ad Do-  
minum,

Res. Exaudit vocem meam.

**D**Eus qui omnipotentiam tua-  
am parcendo maximè &  
miserendo manifestas, multiplica  
super nos gratiam tuam, vt ad tua  
promissa currentes, cœlestium  
bonorum facias esse consortes.  
Per &c.

### XI.

*Psal. 27.* Vers. Ad te Domine clamabo,  
Deus meus ne sileas,

Res. Ne quando taceas à me.

**O**Mnipotens sempiterne De-  
us, qui abundantia pietatis  
tuæ, & merita supplicum excedis  
&

Orationes. 78

& vota, effunde super nos misericordiam tuam, vt dimittas quæ conscientia metuit, & adijcias quæ oratio non præsumit. Per &c.

XII.

Verf. Benedicam Dominum in Pfal. 33.  
omni tempore,

Ref. Semper laus eius in ore meo.

**O**Mnipotens et misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, vt ad promissiones tuas sine offensione curramus, Per &c.

XIII.

Ver. Domine Deus salutis meæ, Pfal. 87.

Ref. In die clamaui & nocte coram te.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentū, & vt mereamur

g 6

aur

## Orationes.

mur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis, Per Dominum &c.

### XIIII.

Psal. 89.

Vers. Domine refugium factus es nobis,

Ref. A generatione in generationem.

**C**ustodi quæsumus Domine Ecclesiam tuam propitiatione perpetua, & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs et abstrahatur à noxijs, et ad salutaria dirigatur, Per Dominum &c.

### XV.

Psal. 91.

Vers. Bonum est confiteri Domino,

Ref. Et psallere nomini tuo Altissime.

**E**ccliam tuam Domine miseratio continua mundet & muniat, ac quia sine te non potest  
salua



Orationes. 79

salua consistere tuo semper munere gubernetur, Per &c.

XVI.

Vers. Domine in auxilium meum respice. Psal. 70.

Res. Confundantur qui quaerunt animam meam.

**T**Va Domine quaesumus gratia semper praeveniatur & sequatur, ac bonis operibus iugiter nos praestet esse intentos, Per Dominum &c.

XVII.

Vers. Iustus es Domine, Psal. 118.

Res. Et rectum iudicium tuum.

**D**A quaesumus Domine populo tuo diabolica vitare contagia, & te solum Deum pure mente sectari, Per Dominum &c.

XVIII.

Vers. Dirigatur oratio mea, Psal. 140.

Res. Sicut, incensum in conspectu tuo.

g 7 Dir-

## Orationes.

**D**irigat corda nostra quæsumus Domine tuæ misericordie operatio, quia tibi sine te placere non possumus, Per Dominum &c.

### XIX.

**P** **Psal. 23.** **Vers.** Si ambulauero in medio  
vmbrae mortis,

**Ref.** Non timebo mala.

**O**mnipotens & misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude, vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur, Per &c.

### XX.

**P** **Psal. 144.** **Vers.** Oculi omnium in te sperant Domine,

**Ref.** Et tu das illis escam in tempore.

**L**argire quæsumus Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab  
omni

Orationes. 80

omnibus mundemur offensis, &  
secura tibi mente deseruiatur, Per  
Dominum &c.

XXI.

Vers. In salutari tuo anima mea, Psal. 118.  
Res. Et in verbo tuo superspera-  
raui.

**F**amiliam tuam quaesumus  
Domine, continua pietate cu-  
stodi, vt à cunctis aduersitatibus  
te protegente sit libera, & in om-  
nibus actibus tuo nomini sit de-  
uota. Per Dominum &c.

XXII.

Vers. Ostende nobis Domine Psal. 84.  
misericordiam tuam,

Res. Et salutare tuū da nobis.

**D**eus refugium nostrum &  
virtus, adesto pñs Ecclesiae  
tuæ precibus, autor ipse pietatis,  
& præsta, vt quod fideliter peti-  
mus, efficaciter consequamur,  
Per &c.

Vers.

Orationes,

XXIII.

**Pfal. 127.** **Vers.** Si iniquitates obseruaues  
ris Domine,

**Ref.** Domine quis sustinebit ?

**A**bsolue quæsumus Domine  
tuorum delicta populorum,  
vt à peccatorum nostrorum ne-  
xibus, quæ pro nostra fragilitate  
contraximus, tua benignitate li-  
beremur, Per Dominum &c.

XXIII.

**Pfal. 43.** **Vers.** In Deo laudabimus tota  
die,

**Ref.** Et nomini tuo confitebi-  
mur tota die.

**E**xcita quæsumus Domine  
tuorum fidelium volunta-  
tes, vt diuini operis fructum pro-  
pensius exequentes, pietatis tuæ  
remedia maiora percipiant, Per  
Dominum &c.

XXV.

**Vers.**

Orationes. 81

Verf. Benedixisti Domine terram tuam, Pſal, 84<sup>o</sup>

Ref. Auertisti captiuitatem Iacob.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui per gratiam tuam corporibus mederis & mentibus, Maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt vnigeniti Filij tui meritis placatus, & præſentia nobis ſubſidia tribuas & futura, Per eundem Dominum &c.

ORATIONES  
DE SANCTIS.

IN DIE NATALITIO  
IOHANNIS BAPTISTAE,

Verf. Fuit homo miſſus à Deo, <sup>Iohan. 1<sup>o</sup></sup>

Ref. Cui nomen erat Iohannes.

**P**Ræſta quæſumus Omnipotens Deus, vt familia tua per viam ſalutis incedat, & beati Iohannis

## Orationes,

hannis præcursoris hortamenta  
sectando, ad eum quem prædixit,  
secura perueniat. Per Iesum Chri-  
stum Dominum nostrum Filium  
tuum, Qui tecum viuit &c.

I N D I E P E T R I  
E T P A V L I.

**Psal. 18.** **Vers.** In omnem terram exiuit  
sonus eorum,  
**Ref.** Et in fines orbis terræ  
verba eorum.

**D**Eus qui Ecclesiam tuam A-  
postoli tui Petri fide & no-  
mine consecrasti, quicq; illi bea-  
tum Paulum ad prædicandum  
gentibus gloriam tuam sociare  
dignatus es, concede, vt omnes  
qui Apostolorum tuorum me-  
moriam agimus, spirituali remu-  
neratione ditemur. Per &c.

I N D I E M A G D A-  
L E N A E.

**Vers.**

Orationes. 82

Vers. Dimissa sunt ei peccata  
multa, Lucæ 7.

Res. Quoniã dilexit multum.

**L**Argire nobis clementissime  
Deus, vt sicut Maria Magda-  
lena Dominum nostrum Iesum  
Christum super omnia diligen-  
do, suorum obtinuit veniam pec-  
catorum, ita nos quoq; apud tu-  
am misericordiam, perpetuam  
impetremus beatitudinem. Per e-  
undem &c.

I N D I E S A N C T I  
L A V R E N T I I.

Vers. Gloria & honore coro- Psal. 8.  
nasti eum Domine,

Res. Et constituisti eum super  
opera manuum tuarum.

**D**A nobis quesumus Omnia-  
potens Deus, vitiorum no-  
strorum flammam extinguere, qui  
Beato Laurentio tribuisti tormen-  
torum

Orationes.

torum suorum incendia superare  
Per Dominum &c.

I N D I E A S S V M T I O N I S M A R I A E.

Lucæ 1.

Vers. Ave Maria gratia plena,  
Res. Dominus tecum.

**V**Eneranda nos Domine beate  
Mariæ festiuitas lætificet,  
quæ mortem subijt temporalem,  
nec tamen mortis nexibus deprimi  
potuit, quæ Filium tuum de  
se genuit incarnatum, & credidit  
Saluatorem, Per Dominum &c.

D E S A N C T O B A R T H O L O M E O.

Psal 138. Vers. Nimis honorati sunt amici tui Deus.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
qui vnus diei venerandam  
sanctamq; læticiam in Beati  
Apostoli tui Bartholomei festiuitate



Orationes. 83

uitate tribuisti, da Ecclesiæ tuæ  
quæsumus, & amare quod credi-  
dit, et prædicare quod docuit, Per  
Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum &c.

IN DIE NATIVITA-  
TIS MARIÆ.

Vers. Ave Maria &c.

Lucæ 1.

**F**Amulis tuis Domine cœlestis  
gratiæ munus impartire, ut  
quibus Beatæ Mariæ virginis par-  
tus, salutis extitit exordium, nati-  
uitatis eius votiva solennitas pa-  
cis tribuat incrementum, Per Do-  
minum &c.

IN DIE SANCTI  
MICHAELIS.

Vers. Benedicite Domino. Or. Psal. 102.  
mnes Angeli eius

Ref. Potentes virtute qui fa-  
citis verbum eius.

Deus

## Orationes.

**D**Eus qui miro ordine Angelorum ministeria hominūq; dispensas, concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra nostra vita muniatur. Per Dominum &c.

I N D I E S A N C T I  
L V C A E.

Psal. 18.

**Vers.** In omnem terram exiuit  
sonus eorum,

**Res.** Et in fines orbis terræ  
verba eorum.

**P**Ræsta quæsumus Omnipotens Deus, ut sicut deuote populus tuus Sancti Lucæ Apostoli & Euangelistæ temporalem solennitatem obseruat, ita perfruat æterna, & quod votis amantissimè celebrat, pio comprehensat affectu, Per Dominum &c.

I N D I E S I M O N I S  
E T I V D A E.

Vers.

Orationes, 84

Vers. Constitues eos Principes Psal. 44.  
super omnem terram,

Res. Memores erunt nominis  
tui Domine.

**D**Eus qui nos per beatos A-  
postolos tuos Simonem &  
Iudam ad agnitionem tui nomi-  
nis venire tribuisti, da nobis eorū  
gloriam sempiternam & proficis-  
endo celebrare, & celebrando  
proficere, Per Dominum &c.

I N D I E O M N I V M  
S A N C T O R V M.

Vers. Exultent Iusti in conspectu Psal. 67.  
tū Dei,

Res. Et delectentur in læticia.

**O**Mnipotens sempiterne De-  
us, qui nos omnes Sanctos  
tuos sub vna tribuisti celebritate  
venerari, quæsumus, vt desidera-  
tam nobis, tuæ propiciationis ab-  
undantiam, multiplicatis fidei  
&

Orationes.

& virtutum exemplis largiaris,  
Per Dominum &c.

IN DIE ANIMARVM.

Psal. 32.

Vers. Iustorum animæ in manu Dei sunt,

Ref. Et non tanget illos tormentum malitiæ.

**D**Eus, qui nos per os Sancti Pauli Apostoli tui de obdormientibus in Christo non contristandos docuisti, præstare quæsumus, vt cum omnibus fidelibus defunctis adueniente Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, ad æterna gaudia feliciter perducamur, Per eundem Dominum &c.

DE S. STEPHANO,

Psal. 93.

Vers. Captabant in animam Iusti,

Ref. Et sanguinem innocentem condemnabant,

Da

Orationes. 85

**D**A nobis quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus & inimicos diligere, quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro peccatoribus exorare, Per Dominum nostrum &c.

DE S. IOHANNNE  
EVANGELISTA.

**Vers.** Cibauit illum Dominus *Eccles. 15.*  
pane vitæ & intellectus.

**Ref.** Et aqua sapientiæ salutari  
potauit illum.

**E**Cclesiam tuam, quæsumus Domine, benignus illustra, ut beati Iohannis Apostoli tui & Euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum &c.

DE INNOCENTIS  
TIBVS.

h. **Vers.**

## Orationes.

Sapient. 3. **Vers.** Iustorum animæ in manu Dei sunt.

**Ref.** Et non tanget illos tormentum maliciæ.

**D**Eus cuius hodierna die præconium innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica, vt fidem tuam quam lingua nostra loquitur, etiam vita moribus fateatur. Per Dominum! &c.

### IN DIE CONVERSIONIS PAULI.

Phil. 18. **Vers.** In omnem terram &c.

**D**Eus qui vniuersum Mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, vt cuius conuersionem colimus, eius ad te exemplo gradiamur. Per &c.

In

IN DIE PURIFICA-  
TIONIS.Vers. Verbum caro factum est, Iohan. 1,

Res. Et habitauit in nobis.

**O** Remus : Omnipotens Deus  
maiestatem tuam supplicis  
exoramus, vt sicut vnigenitus  
tuus Filius cum nostræ carnis  
substantia in Templo præsentatus  
est, ita nos facias tibi purifica-  
tis mentibus præsentari, & vitam  
obtinere sempiternam. Per eun-  
dem &c.

IN DIE ANNUNCIA-  
TIONIS MARIÆ.Vers. Ostende nobis Domine mi psal. 48,  
sericordiam tuam.

Res. Et salutare tuum da nobis.

**D**Eus qui de beatæ Mariæ vir-  
ginis utero verbum tuum  
Angelo nunciante carnem susci-  
pere

h 2

pere

## Orationes.

pere voluisti, præsta supplicibus  
tuis, vt qui verè Filium tuum à  
Spiritu sancto in Maria conceptū  
natumq; credimus, eius Filij a-  
pud te intercessionibus adiuue-  
mur. Per eundem &c.

I N D I E V I S I T A T I O N I S  
M A R I A E.

Luce 1.

Verf. Suscepit Deus Israel pu-  
erum suum,

Ref. Recordatus misericordiæ  
suæ.

**O**Remus: Deus qui nos præ-  
sentem festiuitatem Iesu  
Christi Filij tui, & Mariæ matris  
eius venerari fecisti, præsta quæ-  
sumus, vt qui eiusdem virginis  
humilitatis & gaudiorum, qui-  
bus Elisabeth visitauit solennia  
celebramus, in eorum gaudijs iu-  
giter maneamus, Per &c.

I N D I E S. M A R C I.

Verf.



Orationes. 87

Vers. Constitues eos principes  
&c.

Psal. 44.

**D**Eus, qui Beatum Marcum  
Euangelistam tuum Euan-  
gelicæ prædicationis gratia subli-  
mastî, tribue quæsumus eius nos  
semper eruditione proficere, & fi-  
de fulciri, Per Dominum &c.

I N D I E P H I L I P P I  
E T I A C O B I.

Vers. Exultate Iusti in Domino, Psal. 32.  
Res. Rectos decet collaudatio.

**D**Eus qui nos annua Aposto-  
lorum tuorum Philippi &  
Iacobi solennitate lætificas, præ-  
sta quæsumus, vt quorum virtu-  
tibus gaudemus, eorum instrua-  
mur exemplis, Per &c.

D E A P O S T O L I S.

Vers. Cœli enarrant gloriam Psal. 18.  
Dei.

h 3 Res,

## Orationes.

Ref. Et opera manuum eius annunciat firmamentum.

**D**A nobis quæsumus æterne Deus, Beati N. Apostoli tui solennitate gloriari, vt illius fidei confessionem congrua deuotione sectemur, Per &c.

### DE MARTYRIBVS.

Sapient. 2.

Verf. Visi sunt oculis insipientium mori,

Ref. Illi autem sunt in pace.

**P**Ræsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognouimus, in æterna læticia de illorum societate gaudeamus, Per Dominum &c.

### DE CONFESSORIBVS.

Sapient. 10.

Verf. Iustum deduxit Dominus per viam rectam.

Ref. Et ostendit illi regnū Dei.  
Exau.

**E**Xaudi Domine preces nostras, quas in sancti N. confessoris tui festiuitate deferimus, vt qui tibi dignè meruit famulari in terris, per illius ad te exempla gradiamur. Per Dominum &c.

DE VIRGINIBVS.

Vers. Specie tua & pulchritudine tua Psal. 44.

Res. Intende, prosperè procede & regna.

**O**Mnipotens Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæq; confundas, quicq; inter cætera potentiaë tuæ miracula, etiam in fragili sexu victoriam martyrii contulisti, exaudi nos quæsumus, vt sicut de beatæ virginis N. festiuitate gaudemus, ita piæ in te deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum &c.

h †

Orã

Orationes.

O R A T I O N E S  
P R O V A R I I S.

P R O P E C C A T O R V M  
R E M I S S I O N E.

Psal. 129. Vers. De profundis clamaui ad  
te Domine.

Ref. Domine exaudi vocem  
meam.

**E**Xaudi quæsumus Domine  
supplicum preces, & confis-  
tentium tibi parce peccatis, vt pa-  
riter nobis indulgentiam tribuas  
benignus & pacem. Per Domi-  
num &c.

**P**Arce Domine parce peccatis  
nostris, & quamuis incessabi-  
liter delinquentibus continua  
pœna debeat, præsta quæsu-  
mus, vt quod ad perpetuum me-  
remur exitiū, à nobis transeat ad  
correctionis auxilium, Per Do-  
minum &c. Pro

Orationes. 89

PRO SALUTE PROXIMI.

Vers. Iustus es Domine, & re-  
ctum iudicium tuum. Psal. 118.

Res. Fac cum seruo tuo secun-  
dum misericordiã tuam.

**O**Mnipotens Deus miserere  
famulo tuo, & dirige eum  
secundum clementiam tuam in  
viam salutis æternæ, vt te donan-  
te tibi placita cupiat, & tota vir-  
tute perficiat, Per &c.

PRO PACE.

Vers. Fiat pax in virtute tua, Psal. 124.

Res. Et abundantia in turri-  
bus tuis.

**D**Eus à quo sancta desideria,  
recta consilia, & iusta sunt  
opera, da seruis tuis illam quam  
mundus dare non potest pacem,  
vt & corda & corpora nostra man-  
datis tuis dedita, & hostium sub-  
lata formidine, sint tua protectio-  
ne tranquilla, Per &c.

h s Alia

## Orationes.

### ALIA.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui cœlestia simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus, Per &c.

### PRO AGNOSCENDA VERITATE.

**Psal. 122.** Vers. Ad te leuavi oculos meos,  
Ref. Qui habitas in cœlis.

**I**nfunde quæsumus Domine famulis tuis spiritum veritatis & pacis, vt quæ tibi placita sunt toto corde cognoscant, & agnita tota virtute sectentur, Per eundem &c.

### CONTRA ADVERSITATES.

**Psal. 129.** Vers. Redime nos Deus Israel,  
Ref. Ex omnibus iniquitatibus nostris.

**D**eus qui contritorum non despici-

Orationes. 90

despicis gemitum, & mœrentium  
non spernis affectum, adesio pre-  
cibus nostris, quas tibi pro tribu-  
latione nostra effundimus, easq̃  
clementer suscipere dignare, vt  
quicquid contra nos diabolicæ  
atq̃ humanæ moliuntur aduersi-  
tates, ad nihilum redigatur, &  
consilio tuæ pietatis allidatur, vt  
nullis insectationibus læsi in Ec-  
clesia tua sancta tibi gratias refe-  
ramus. Per &c.

CONTRA SVBITANE-  
AM MORTEM.

Vers. Qui regis Israel intende. Psal. 79.  
Ref. Qui ducis velut ouem  
Ioseph.

**O**Mnipotens & misericors  
Deus, respice propicius po-  
pulum tuum Maieitati tuæ subie-  
ctum, & ne nos furor intempesti-  
uæ mortis inueniat, dextera tuæ  
propiciationis custodiat. Per &c.

h 6 Pro

## Orationes.

### PRO CAPTIVIS.

Psal. 101.

Vers. Domine exaudi orationem meam,

Res. Et clamor meus ad te veniat.

**D**Eus qui beatum Petrum Apostolum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti, famulorum tuorum N. in captiuitate positorum vincula solue, nosq; de illorum liberatione citò lætifices. Per Dominum &c.

### PRO MORITVRIS.

Psal. 50.

Vers. Secundum multitudinem miserationum tuarum Domine,

Res. Dele iniquitates nostras.

**O**Mnipotens Deus, conseruator animarum, qui quos diligis corripis, & quos corripis, piè ad emendationem coërces, gratias agimus tibi multiplices, &



Orationes.

91

& confisi de tua pietate gloriosa,  
precamur vt misereri digneris fa-  
mulo tuo, ne præualeat aduersa-  
rius animæ illius, sed hæc transi-  
tum consequatur ad vitam æter-  
nam, Per Dominum &c.

PRO INIMICIS.

Vers. Domine exaudi oratio-  
nem meam, Psal. 101.

Re. Et clamor meus ad te veniat.

**D**Eus pacis, charitatisq; ama-  
tor & custos, da omnibus  
inimicis nostris pacem, charita-  
temq; veram, cunctorumq; eis tri-  
bue remissionem peccatorum, &  
nos ab eorum insidijs potenter e-  
ripe, Per Dominum &c.

PRO CHARITATE.

Vers. Exurgat Deus, & dissipentur inimici. Psal. 67.

Ref. Et fugiant qui oderunt e-  
um à facie eius,

h 7

Deus

## Orationes.

**D**Eus qui diligentibus te, facis  
cuncta prodesse, da cordi-  
bus nostris inuiolabilem charita-  
tis affectum, vt desideria de tua  
inpiratione concepta, nulla pos-  
sit maleuola tentatione mutari.  
Per Dominum &c.

### PRO CASTITATE.

Psal. 50.

Verf. Cor mundum crea in  
nobis Deus,

Ref. Et spiritum rectum inno-  
ua in visceribus meis.

**V**Re igne sancti Spiritus re-  
nes nostros & cogitationes  
nostras, vt pudicitia & sanctimo-  
nia nouitate reflorescente carne  
nostra tibi casto corpore seruiamus,  
& mundo corde placeamus.  
Per Dominum &c.

### PRO HUMILITATE.

Psal. 101.

Verf. Domine exaudi oratio-  
nem meam.

Ref.

Orationes, 92

Ref. Et clamor meus ad te veniat.

**D**Eus qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, auge in nobis veræ humilitatis virtutem, cuius formam in se credentibus Unigenitus tuus exhibuit, ut nunquā indignationem tuam prouocemus elati. Per eundem Dominum &c.

CONTRA ECCLESIAE  
ADVERSITATES.

Vers. Domine exaudi &c. Psal. 101.

**E**cclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, ut destructis spiritu oris tui hostibus, & erroribus vniuersis secura & Christiana tibi seruiat libertate. Per &c.

**Q**uæsumus Domine preces nostras placatus admitte, & in protectione Ecclesiæ tuæ antiqua

## Orationes.

antiqua brachij tui operare miracula, vt Antichristi, omniumq; inimicorum elidas superbiam, & eorum audaciam dexteræ tuæ virtute prosternas. Per &c.

### PRO SERENITATE.

**Psal. 84.** **Vers.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam,

**Res.** Et salutare tuū da nobis.

### VEL.

**Psal 84.** **Vers.** Dominus dabit benignitatem,

**Res.** Et terra nostra dabit fructum suum.

### OREMVS.

**A**D te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus a vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente clementiam sentiamus. Per Dominum &c,

Vel

Orationes. 93

VEL: a vt qui pro peccatis nostris iustè affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

PRO PLUVIA.

Vers. Dominus dabit benignitatem. <sup>Psal. 84.</sup>

Res. Et terra nostra dabit fructum suum.

OREMVS.

**D**Eus in quo viuimus, mouemur & sumus, pluuiam nobis tribue congruentem, vt presentibus subsidijs adiuti sempiterna fiducialius appetamus, Per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

Finis Orationum.

L A T I N

Litania.  
LATINA LITANIA  
CORRECTA,  
PRIMVS CHORVS.

Kyrie,  
Christe,  
Kyrie,

Pater de cœlis Deus,  
Fili redemptor mundi Deus,  
Spiritus sancte Deus,  
Propitius esto,  
Propitius esto,  
Ab omni peccato,  
Ab omni errore,  
Ab omni malo,  
Ab insidijs Diaboli,  
A subitanea & improuisa morte,  
A peste & fame,  
A bello & cæde,  
A seditione & simultate,  
A fulgure & tempestatibus,  
A morte perpetua,

Per

Litania.

94

SECUNDVS CHORVS,

Eleison.

Eleison.

Eleison.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Parce nobis Domine.

Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Per

## Litania.

### PRIMVS CHORVS.

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ.

Per sanctam Natiuitatem tuam,

Per Baptismum, ieiunium & tentationes tuas,

Per agoniam & sudorem tuum sanguineum,

Per crucem & passionem tuam,

Per mortem & sepulturam tuam,

Per resurrectionem & ascensionem tuam,

Per aduentum Spiritus sancti paracliti,

In omni tempore tribulationis nostræ,

In omni tempore felicitatis nostræ,

In hora mortis,

In die Iudicij.

Peccatores,

Vt Ecclesiam tuam sanctam Catholicam regere & gubernare digneris,

Vt



Litania.

95

SECUNDVS CHORVS.

Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Libera nos Domine.

Te rogamus audi nos.

Vt

## Litania.

### PRIMVS CHORVS.

Vt cunctos Episcopos, Pastores  
& ministros Ecclesie in sano  
verbo & sancta vita seruare di-  
gneris,

Vt sectas & omnia scandala tolle-  
re digneris,

Vt errantes & seductos reducere  
in viam veritatis digneris,

Vt Satanam sub pedibus nostris  
conterere digneris,

Vt operarios fideles in messem  
tuam mittere digneris,

Vt incrementum verbi & fructum  
spiritus cunctis audien-  
tibus donare digneris,

Vt lapsos erigere & stantes con-  
fortare digneris,

Vt pusillanimes & tentatos con-  
solari & adiuuare digneris,

Vt Regibus & Principibus cun-  
ctis pacem & concordiam do-  
nare digneris,

Vt

SECUNDVS CHORVS.

Terogamus audi nos.

Terogamus audi nos.

Terogamus audi nos.

Terogamus audi nos.

Vi



## Litania.

### PRIMVS CHORVS.

- Vt Cæsari nostro perpetuam vi-  
ctoriam contra hostes tuos do-  
nare digneris,  
Vt Principem nostrum cum suis  
præsidibus dirigere & tueri di-  
gneris,  
Vt Magistratui & plebi nostræ  
benedicere & custodire digne-  
ris,  
Vt afflictos & periclitantes respic-  
ere & saluare digneris,  
Vt prægnantibus & lactentibus  
felicem partum & incremen-  
tum largiri digneris,  
Vt infantes & ægros fouere &  
custodire digneris,  
Vt captiuos liberare digneris,  
Vt pupillos & viduas protegere  
& prouidere digneris,  
Vt cunctis hominibus misereri  
digneris,  
Vt hostibus, persecutoribus &  
calum-

Litania.

97

SECUNDVS CHORVS.

Terogamus audi nos.

Terogamus audi nos.

Terogamus audi nos.

Terogamus audi nos.

i Ve

## Litania.

PRIMVS CHORVS.

calumniatoribus nostris igno-  
scere & eos conuertere digne-  
ris ,

Vt fruges terræ dare & conserua-  
re digneris,

Vt nos exaudire digneris.

Agne, Dei qui tollis peccata  
mundi,

Agne Dei qui tollis peccata  
mundi,

Agne Dei qui tollis peccata  
mundi.

Christe,

Kyrie,

Christe,

Kyrie Eleison.

Amen.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

Litania.

98

SECUNDVS CHORVS.

Te rogamus audi nos.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Dona nobis pacem.

Exaudi nos.

Eleison.

Eleison.

í 2

ORA.

Orationes.

O R A T I O.

Pfal. 102.

Verf. Domine non secundum  
peccata nostra facias no-  
bis,

Res. Neque secundum iniquita-  
tes nostras retribuas no-  
bis.

**D**Eus misericors Pater, qui  
contritorum non despicias  
gemitum, & moerentium non  
spernis affectum, adesto precibus  
nostris, quas in afflictionibus, que  
iugiter nos premunt, coram te ef-  
fundimus, easque clementer exaudi:  
vt hoc, quod contra nos Diabo-  
licæ ac humanæ fraudes moliun-  
tur, ad nihilum redigatur, consi-  
lioque tuæ bonitatis dispergatur:  
vt nullis insectationibus læsi, in  
Ecclesia tua sancta tibi semper  
gratias agamus, Per Dominum  
nostrum Iesum Christum Filium  
tuum,



Orationes, 101

Precatio ad Deum Pa-

trēm, Filium & Spiritum sanctum, pro  
conseruatione Verbi, defensione  
& concordia Ecclesiæ.

**S**erua Deus Verbum tuum,  
Et frange vires hostium,  
Qui Iesum Filium suo  
Turbare conantur throno.

Ostende nunc potentiam  
O Christe Rex regum tuam,  
Defende paruulum gregem,  
Qui te fatetur Principem.

Viuificator Spiritus  
Concordiam da cordibus,  
Ades periclitantibus  
Cum morte conflictantibus,

A M E N.

Finis Orationum.

i s INDEX

INDEX CAN-  
TICORVM.

A

Audite cœli quæ loquor 3

B

Benedictus Dominus Deus Israel  
12

C

Cantemus Domino 2

Confitebor tibi Domine quoniam  
am 8

Credo in vnum Deum Patrem 18

D

Domine audiui auditionem 10

E

Exultauit cor meum in Domino  
8

Ego dixi in dimidio dierum 9

M

Magnificat animam meam Domi-  
num 12

Nunc

Index.

N

Nunc dimittis seruum tuum 13

Q

Quicumq; vult saluus esse 15

T

Te Deum laudamus 14

V

Venite exultemus Domino 19

16

IN

# I N D E X

## H Y M N O R V M.

### A

A solis ortus cardine	Fol.	22
Agnoscat omne seculum		23
Audi benigne Conditor		28
Ad cœnam agni prouidi		35
Aeterno gratias Patri		42
Adsunt festa Iubilæa		46
Aeterne gratias tibi		46
Angelis hæc est sacra lux		51

### C

Creator alme siderum		21
Corde natus ex parentis		24
Christe qui lux es & dies		28
Clarum decus ieiunij		29
Chorus nouæ Ierusalem		34
Christe sanctorum decus		52
Cœli Deus sanctissime		60

### D

Dies

## Index.

Dies absoluti prætereunt.	26
Dicimus, grates tibi summe	50
Deum precemur	53
Deus creator omnium	62

## E

Ex more docti mystico	27
Exultet vera Ecclesia	54

## F

Festum nunc celebre	36
Fit porta Christi peruia	41
Festa Laurenti celebri per annum	49

## G

Gloria laus & honor	31
---------------------	----

## H

Herodes hostis impie.	25
-----------------------	----

## I

i 7

Iesus

## Index.

† Iesus refulsit omnium	25
Iesu quadragenariæ	29
Iesu nostra redemptio	36
Iam lucis orto sidere	56
Iesu redemptor seculi	57
Inuentor rutili dux bone	58
Immense cœli conditor	60

## L

Lux aurea roseo nitore	44
Lucis creator optime	59

## M

† Mundi secuta lubrica	48
Magnæ Deus potentiaë	61

## N

Nunc sancte nobis Spiritus.	56
-----------------------------	----

## O

† O lux beata Trinitas	39
O lux beata Trinitas tres	40
Pange	

# Index

## P

<u>Pange lingua gloriosi</u>	31
<u>Pange lingua de corpore Christi</u>	40
<u>Plasmator hominis Deus</u>	61

## Q

<u>Quod chorus Vatum</u>	26
<u>Quam laeta perfert nuncia</u>	47

## R

<u>Rex Christe factor omnium</u>	33
<u>Rex gloriose Martyrum</u>	55
<u>Rector potens, verax Deus</u>	57
<u>Rerum Deus tenax vigor</u>	57

## S

<u>Salve festa dies</u>	34
<u>Sancti Spiritus adsit nobis</u>	38
<u>Somno relectis artibus</u>	55

## T

<u>Tu qui omnium seculorum san-</u>	
<u>ctos</u>	39
Te luc	

## Index.

Te lucis ante terminum	57
Telluris ingens conditor	60

P

V

Veni Redemptor gentium	20
Verbum supernum prodiens	20
Vox clara ecce intonat	21
Vexilla Regis prodeunt	30
Vidit anguis immolatam	33
Vir sanctorum	35
Veni Creator spiritus	37
Veni sancte spiritus	39
Virgo Dei genitrix	59
+ Ut queant laxis resonare	42
Ut queat festo celebrare cantu	43

*Lin* FINIS.

*ml*




57128

AB: 57128

X 1998979

35

~~250~~





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Cantica  
EX SACRIS LI-  
TERIS, IN ECCLESIA  
cantari solita, cum Hymnis & Colle-  
ctis, seu orationibus Ecclesiasticis, in v-  
sum Pastorum, Diaconorum, &  
iuuentutis Scholasticæ, iam  
postremum  
*Recognita & aucta*  
PER  
D. Georg. Maiorem,  
ANNO 1574.  
Colofs. 3.  
*Docete & commonete Vos inuicem can-  
tionibus & laudibus, & cantilenis spiri-  
tualibus, cum gratta canentes in corde  
Vestro Domino.*

